ann tag Bringen/ luci edere. In luce collocare. In adspectum lucemq; proferre. Ne deorum consilia proferatis in populum, *Arbitro.*

auff Bringen / *vide* **einen an-Bringen.**

auff Bringen einen Brauch/ introducere. inuenire. auctorem esse. excogitare. instituere. inuentorem esse. *Vide* **Brauch auffbringen.**

auff Bringen / bewögen/ excitare. incitare. concitare. inflammare. concire. perstimulare. stimulis incendere, fodere. stimulos alicui admouere.

der andere auff Bringt / stimulator. concitator. concitor. instinctor. irritator. exstimulator. furia faxque belli.

auff Bringen zum zorn / inflammare. stomachum mouere. Iram alicui mouere. asperiorem facere. exacerbare, **erbittern.** Subijcere facem. efferare. lacessere, proritare.

das auff Bringen / irritatio. animorum irritamentum.

widerumb auffBringen/ consuetudinem repetere atque referre. Libertatem reuocare ac reducere. Intermissa recolere. In lucem aliquid reuocare.

außBringen/ eximere ex miserijs, auß der armut Bringen. Relaxare se occupationibus & exsoluere. sich auß den gschäfften bringen. Exsoluere pœna, vinclis, auß der gefängnuß bringen.

außBringen / impetrare. exorare. obtinere. auferre. adipisci.

außBringen / fundt machen/ efferre. proferre. palam facere. enuntiare. vulgare. euulgare. disseminare. spargere. Bella sermonibus serere, ein geschrey außbringen / ein krieg sey vorhanden

beyBringen/ adferre. in medium proferre. in medio proponere, ponere. Addere. adijcere.

dahin Bringen/ adducere. Illuc adduci vix possum, man wird mich dahin nit wol bringen. In eum iam res redijt locum, dahin ists bracht worden. *Terent.* Adeò res redit. In id redactus sum loci, vt nesciam prorsus, quid agam cum illo. In id furoris processerat, *Nepoti.* Eò rem adducere, deuoluere, *Liuio.* Perducere, efficere.

darBringen / probare. approbare. confirmare. comprobare.

darzuBringen / adigere. redigere. contorquere ad lætitiam, ac tristitiam. *Vide proximè supra,* dahinBringen.

daruon Bringen/ *vide* zuwegen Bringen.

daruon Bringen / abrogare alicui magistratum per seditionem, durch aufflauff einn vom ampt bringen. Deducere de statu vitæ. Auellere quem ab aliquo. Amouere ab officio. Illum ex istis locis amouere, bring jhn von disem ort. Nec diuelli, nec distrahi potest à voluptate, man kan jhn vom wolluſt nicht bringen.

drauß Bringen / turbare dicentem, canentem, *&c.* In errorem inducere, induci. Deijcere de gradu. peruertere. quietem, pacem, *&c.* turbare. deducere de via. Rectâ viâ depellere.

dreinBringen/ reducere. reuocare. deducere in viam. reducere ad viam, *Fabio. Vide supra,* dahin Bringen.

drumb Bringen / præripere quid alicui. Interuertere quem aliqua re, *Plauto.* Priuare. spoliare. exuere. eripere.

einBringen / conuehere. comportare. Multum pecuniæ in ærarium inuexit, hat vil gelt in stattkasten bracht. Fruges percipere, frücht einbr. nomina exigere, schuld einbringen.

einBringen in d'eisen / *&c.*

causa fuit, *vel* fecit vt in vincula abriperetur, *&c.* ponere quem in custodia. dare in custodiam, *vide* geFängnuß / *item.* herein Bringen.

ein Bringen / hineinsetzen / inserere. quod admirandis suis inseruit, **mit einbracht.**

für Bringen / producere. adducere. sistere.

für Bringen mit worten / referre. proferre. dicere. recensere. edere. promere, proponere. commemorare. eloqui & exprimere. Deducere causam in iudicium, **fürbr.** Promulgare, **offentlich.** Rem aliquam in disquisitionem vocare, **etwas fürbr. vnd darnach fragen.** Relator, **der was fürbringt /** *vide* **für Halten.**

ains fürs ander Bringen / rectè atque ordine facere. Ordinem conseruare. Ordine interrogare. collocare ex ordine.

er kan ains fürs ander nicht Bringen / præposterè agit. Perturbat ordinem. Perturbata & confusa sunt omnia.

für sich Bringen / erigere ad honorem, *&c.* In summum fastigium vehere. Restituere in antiquum statum. Amplificare alicuius dignitatem. Ex infimo ad summum proferre.

für sich Bracht werden / ex humili loco ad summam dignitatem perduci. Sua virtute in altiorem locum peruenire. Euolare altius. Ad primos peruenire. In altiorem locum adscendere. Altiorem gradum dignitatis consequi. In amplissimum locum peruenire. In altissimo gradu poni. In summum locum venire. Ad altiorem gradum adscendere. Ad vlteriora procedere. Crescere. Promoueri in altiorem gradum. Processit honoribus longius, **er ist je mehr zu grössern ehren kommen.**

her Bringen / adferre. apportare.

her Bringen von eim ort / adducere. perducere. deducere. Ex prouincia deduci. aduehere. Auspicio atque ductu illius huc veni, **er hat mich herbracht.** Auspicijs illius huc sum delatus. Eius voluntate, iussu, imperio veni, *&c. idem.*

herab Bringen / deferre. Philosophiam deuocauit è cælo. Inferius adducere, *Seneca.* Deducere de cælo, *&c.* diminutum est aliquid de pretio, **das werth ist herab bracht.** Non ei persuadeo descensum, **ich kan jhn nit herab bringen.**

herauß Bringen / efferre. exportare. auferre. Verbum ex eo nunquam elicere potui, **nit ein wort hab ich auß jhm bracht.** Possumne hodie ex te exsculpere verum? **kan ich aber heut ein warheit auß dir bringen?** *Terent.* Expressit hoc necessitas. Vocem alicuius exprimere. Pecunia vi expressa & coacta.

cta. Exprimere ab aliquo pecuniam. Pecuniam extorquere & eripere. Præmijs elicere. Elicere ad certamen, in prælium. Extundere. Ea demum extudit magis conuitio, quàm precibus, *Sueton.* **mehr mit vnlieb / als mit bitten.** Humor euocatur

ich hab das mein herauß Bracht / mea re sum potitus. Obtinere ius suum, rem suam, *&c.* quæ volebamus & contendimus, obtenta non sunt. **wir haben das vnser nit herauß bracht.**

hereinBringen / inferre. importare. inuehere. inducere. introducere. **hereinbringen / erstatten /** compensare. remunerare. reponere. exæquare damna, detrimentum sarcire, *Liuio.* Bona malis repensare, *Velleio.* Compensatio. pensatio.

herfürBringen / proferre. producere. In medium proferre. depromere. promere. expromere. **herfürbringen mit worten /** proferre verbis, & verba. commemorare. proloqui. Vt id quod sentit, eloqui possit. Præclarè eloqui cogitata mentis, **sein sach maisterlich herfürbringen.** Exprimere. efferre. enuntiare. **herfürbringen deß erdrichs /** producere. procreare. proseminare. párere.

herumbBringen / *vide* **auff sein Maimung bringen.**

herzuBringen / adferre. adportare. supportare, *de inanimatis rebus, vide.* **vberReden.**

hinBringen an ein ort / deferre, deportare. **sich hinBringen /** alere se. vitam tolerare agros exercendo, per latrocinia, *&c.* Scholâ se sustentare, *Sueton.* **mit schuelhalten.** Se vix misereque sustentat, **er kan sich kaum hinbringen /** *vide* **sich Nehren.**

hinabBringen / deferre. deportare. *Item* agitationibus & motibus linguæ cibus depellitur, *Cicer.* **mit der zung bringt man d'speiß hinab.** Æger cibum deuorare non potest, *Celso,* **der kranck kan d'speiß nicht hinabbringen.**

hinauffBringen / impetrauit, obtinuit vt ascenderet, *&c.* **er hat sich hinauff bracht /** *vide* **fürsich bringen.**

hinaußBringen / perficere. ad exitum adducere. expedire exitum institutæ rei. finem atque exitum reperire. rem expedire, **sich hinaußbringen /** expedire se ex turba, *Terentio.* Aliqua ope exsoluam, extricabor aliqua, *Plauto. Item,* **hinaußBringen /** is causa fuit, impulsor, *&c.* mei discessus, migrationis. Per illius importunitatem, proditionem, mendacia, odium, *&c.* deiectus sum officio, *&c.* Amouere, amoliri ex ædibus meis hominem non pos-

possum, ich kan jhn nit außm hauß bringen

hindurchBringen / *vide* hinaußBringen.

hineinBringen / inferre. introducere. inserere. imponere. illigare bello gentem.

hinwegkBringen / amoliri. amouere. remouere. procul amouere.

in was Bringen / impinges me in magnam litem & molestiam, *Seneca*, du wirst mich in ein zanckhandl bringen *vide* dahin Bringen.

mitBringen / conferre. Sol diem refert, d'sonn bringt mit sich den tag. Dies adfert & hora potius magnas sæpe clades. Nescis quid serus vesper vehat, *Varroni*, du waist nicht was der abend mit sich bringen werde. Ducere comitem, einn mit sich br. Adducere secum. secum ferre, portare, *&c.*

vbersichBringen / attollere. erigere. subleuare. sustollere. *vide etiam* für sich Bringen.

verBringen / *vide* Thuen.

vmb etwas Bringen / ægritudo me somno priuat, die kummernuß bringt mich vmb den schlaff / *vide* Nemen.

vmbBringen / vmbs leben bringen / interficere. mortem afferre. offerre. Morte afficere, mactare, multare, Iugulare. trucidare, grewlich. occidere, de medio tollere. necare. luce priuare. occidere ferro, veneno lucem eripere. tollere. vitâ priuare. vitâ aliquem expellere. spiritu priuare. Ferro vitam eripere. Cædes factæ sunt, man hat vil vmbgebracht

sich lassen vmbBringen / ceruices, iugulum alicui dare. Se iugulandum tradere. Pœnis ac mortibus afficiuntur, *Columel.*

sich selbs vmbBringen / manus sibi adferre, consciscere sibi mortem. *sine s, scribendum est concisio, quia componitur ex verbo cio, vel cieo.* Consciscere mortem voluntariam. Remedium morte ac suspendio querere. Manu sibi vitam exhaurire. Spiritum sibi intercludere, sich erhencken oder erstechen. Voluntariam mortem occupauerunt, *Curtio.* seyn dem hencker oder andern vorkommen. Sua manu cecidit, *Tacito.* De se statuere. Vim vitæ suæ attulit. Finem vitæ suæ manu sua imposuit, *Seneca.*

der vmbBringt / interfector. percussor. confector ferarum, *Sueton.* patrator necis, *Tacito.*

das vmbBringen / occisio. occidio. cædes. internecio.

vmb etwas Bringen / *vide* drumbBringen.

vndersich Bringen / subijcere. subigere. Vrbem in ditionem suam redigere. Eos ditionis suæ fecit. *Curtio.* Ad obsequium redigere, *Suetonio.* Cun-

Cta

cta sub imperium accepit, *Tacito.* Sub ius ditionemque redigere, *Liuio.*

vollBringen / *vide* dem gebott nachkommen / *in verbo* geBieten.

von einn Bringen / *vide* herauß Bringen.

von einander Bringen / diducere. diuellere. dissociare. separare. disiungere. dissoluere. Dissociabilis, vngesellig / das man wol mag von einander bringen.

wegk Bringen / *vide* hinwegk Bringen.

wider Bringen / referre. reportare. restituere. reddere. reducere. reparabilis, reuocabilis, das sich lasst widerbringen. Irreuocabilis, irreparabilis, das sich nit lasst widerbringen.

zuBringen / conferre. Deferre dotem viro, dem mann ein heuratgut zubr. Vxor sine dote veniet, sie wird jhm nichts zubringen.

zuBringen / *vide* einn anBringen.

zuBringen die zeit / tempus terere, collocare, ponere, traducere, consumere.

zusamen Bringen / congregare. colligere. coniungere. comparare.

zu etwas Bringen / adducere. inducere. persuadere, *vide* dahin Bringen.

zuwegen Bringen / consequi. assequi. adipisci. nancisci. potiri. obtinere. compotem fieri. Rem armis reperi. Magnam gloriam cepit, comparauit, acquisiuit, parauit. Suo labore quærere atque colligere. Arripere facultatem lædendi. Inuenire pecuniam bono modo, labore *&c.* *vide* erlangen.

widerumb zuwegen Bringen / recuperare. recipere. reparare. recuperatio. reparatio.

zwischen ein Bringen / intergerere. interponere. inserere.

Brinnen / ardere. flagrare. domus ardet. Materies facilis ad exardescendum, die leicht brinnt. Domus ardet incendio, s'hauß brinnt.

Brinnig / ardens. igneus. Ignitus, præferuidus, brinnig haiß.

Brinnen vor zorn / *&c.* ardedere iracundiâ. flagrare amore, odio, *&c.*

abBrinnen / deflagrare. conflagrare. deuri. domus deusta, abbrunnens hauß.

anBrinnen / vstulari. aduri. amburi. afflari incendio. Ambusta sedat nucleus gallæ, das anbrunnen hailet der kern vom gallapfl. Ne fundum tangas propter compusturam, *Apicio*, rühr den boden nit an / damit er nit anbrinn.

auffBrinnen / *vide* erBrinnen.

außBrinnen / exuri. igni exuritur scelus. exustus sole ca-

seus, Exustio. Fornax crebris vstionibus exesa, außbrunnener ofen.

einBrinnen / inuri. vulnere sanguis inustus, das blut von der wunden eingebrennt. Sole perustus. solibus coctus locus, ort von der sonnen eingebrunnen.

erBrinnen / exardescere. inardescere.

verBrinnen / deflagrare. conflagrare. flammis consumi. Regia tota consedit in cinerem, ist zu aschen verbrunnen. comburi. deuri. exuri. Deflagrata domus. Igni concremari. Incendijs absumi. Ad solum exusta domus, *Liuio*, auffn grundt abbrünnen. Indomiti sunt dentes flammis : inuicti sunt ignibus, *Plinio*, zän künden nit verbrinnen.

Brocken / frustum. fragmentum. bolus. frusta esculenta, was einer gessen hat.

Brocken / abBrocken / carpere. decerpere. einBrocken / interere. Intrita panis, ein essen mit brot eingebrockt. intritum, *idem*. turundis panis. similacei patinam imple, brock seml ein.

Brombeer / morum rubi : morum sentis. Rubus, die stauden. Rubetum, ort da sie wachsen.

Brosam / mica, einBroßmen / infriare. Pulticula è pane friatili, *Budæo*, ein müeßle mit eingebroßmeten brot. zerBroßmen / friare. suffriare. Frangere in micas, conterere. disterere, *Catoni*, distringere panem, *Colum*. Friabilis, das sich leicht zerbroßmet.

Brot / panis. medulla panis, die mollen. Panis cibarius, secundarius, secundus, confusaneus, autopyrus, *Celso*, haußbrot. panis sordidus, ater, durus, plebeius, gregarius, squarosus, grob brot. Panis siligineus, primarius, candidus, niueus, *Iuuenali*, weißbrot Secalicius, siligineus, semlbrot. Furfureus, furfuraceus, acerosus, furfurosus, recrementitius, kleyenbrot. Secalicius, siligineus, ater panis, roggenbrot. Hordeaceus, gersten brot. Fermentatus, geheflet. Azymus, vngeseurt. Panis mucidus, situm resipiens, schimlet brot. Alliatus panis, mit knoblauch bestrichen. Panis agoræus, brot auffm marckt. Furnaceus panis, im ofen gebachen. Panis gradilis, *Prudentio*, so man an der spend außgibt. Panis escharites, gebäet brot. Buccellarum, *Ammiano*, panis bis coctus, panis nauticus, schiffbrot / biscotten brot. Siliquæ, S. Johansbrot. Panificium, allerley brot / was von brot ist.

Brot bachen / coquere panes.

Brotbeck / *vide* Beck.

Brotblätterle/ hecta. hetta. pusula.

Brothüeter/artophylax. Buccellarius. assecula, *vet. gloss.*

Brotkorb/ canistrum. mactra. panarium. panariolum, *Martiali.* arca panaria.

Brotküchle/artolaganus, *penult. breui.* guldin schnitten.

Brotschawer / Brotwöger / ædilis cerealis. Triumuiri panarij.

Brotschüßl oder schaufl/damit mans brot in offen scheußt / infurnibulum, *Plinio.* pala, *Catoni.* magis, *idis.*

Brotfresser / artotrogus, *Plaut. penult. prod.*

schnitten Brot/ quadra panis. tabula.

stuck Brot / frustum panis. fragmen.

auß seim Brot lassen / manu mittere, emancipare.

Bruch/ ramex, hernia. Herniosus, ramicosus, gebrochen. Tua causa nemo nostrûm est suos rupturus ramices, deinethalben wöllen wir vns nit zerbrechen. Enterocele, wann die därm herraußgehn.

Bruchband/fascia. *Celso. lib. 7. cap.* 20. ventrale. *vet. lex.*

Bruchschneider/ lithotomus. *per catachresin.*

Bruch oder riß / ruptio. fractura. scissura, scissus, *us.*

Bruchstein / cæmentum. rudus, *eris.* rudus nouum fracturæ, *Vitruuio* medios parietes fractis cæmentis farcire, *Plinio.* mit scherben d'maur außfüllen. Glaream *vocamus fragmenta lapidis, marmoris, silicis, tofi, Georg. Agricolæ.*

Bruder / frater. fraterculus, brüderle. Germanus frater, *ex vtroque parente.* frater vterinus, *ex matre,* leiblicher bruder. Propatruus, aneßbruder. Leuir, ehmansbr. Abauunculus, *aui, auiæ frater.* Abpatruus, *proaui frater.* Auunculus, *matris frater.* Patruus, *patris frater.* Auunculus maior, *proauiæ frater, auunculus magnus matris.* Auunculus magnus, *auiæ frater, qui matri auunculus est.* Auunculus maximus, *abauiæ frater.* Famelica hominum natio, *Plauto,* hungerige brüder.

Brüderlich / fraternus, fraterné.

Bruders kind/patrueles.

Bruders sohn / nepos ex fratre, fratris filius.

Bruders weib / fratria.

Brudershauß / gerontocomium. adelphotrophium.

Bruderschafft / fraternitas. germanitas. collegium, die in ainer zunfft oder ampt seyn.

auff Bruderschafft trincken / ius fraternitatis, *aut,* ius fraternum sancire, emere poculis. Poculis *seu* vino fraternitatem conciliemus, laßt vns auff bruderschafft trincken.

Brüe/ jus. jusculum. sorbitio,

rio. embamma, *atis*. intinctus, darein man tunckt. Sorbitiuncula, brüele. iuscellum, *Apicio* pullus oxyzomus per ω, ein hünle in eim saurn brüele: pullus leucozomus, in eim weissen brüele. Dilutum. *aqua seu liquor quo aliquid perfusum aut maceratum est*. Decoctum, brüe in der was gesotten. Cremor, dücke brüe von gesottnen kernen/ *vt* cremor ptisanæ, ptisanæ sorbitio. *Celso*. gersten brüe. Alex gsaltzne fischbrüe. Garum, fischbrüe: garum piperatum, *Arbitro*, verpfeffert. Muria, salsugo. salfilago, saltzbrüe.

Brüechtig / iurulentus. Cibus iurulentus, speiß mit vil brüe/ oder in der brüe gekocht.

Brüen / aqua feruenti perfundere, perluere. Aqua candente glabrantur sues, *Colum*. mit haissen wasser brüet man die säw vnd ropffts.

Bruck / pons. ponticulus. Pons sublicius, roboreus, hültzin. Schedion, *i*, auff eyl vnd kleine zeit gmacht. Saxeus pons, steinene bruck. Pons solutus, zerbrochen.

Bruck machen / facere pontem. indere pontes. pontem iniicere. ponte iungere fluuium.

Bruckladen / dile / planca.

fallBruck / pons versatilis.

Bruck einbrechen / pontem vellere, rumpere, interscindere.

Brüllen / mugire, boare, wie ein ochß. rugire, wie ein löw.

Brumlen / murmurare. commurmurare. fremere. mussare. mussitare. circumgemit vrsus ouile, *Horat*. der bär brumlet vmb den schaffstal herumb.

wider Brumlen / remurmurare. admurmurare. adfremere.

Brumlend / mussitans. fremebundus.

das Brumlen / mugitus. rugitus. murmur. bombus apum.

Brunn / fons, flüessend. fonticulus brünnle, Puteus, galgenbrunn. Puteal, deckel deß brunnens. Pyramus, *machina super puteum*, deß brunnens kappel.

Brunnader / Brunnquellen / vena fontis. scaturigo. scatebra. scatebræ.

Brunnkasten / stuben / castellum, *Vitruuio*.

Brunnenbett oder trog / crater. labrum, darein das wasser springt.

Brunnenwasser / aqua puteana, putealis.

Brunnenrohr / siphon. siphunculus. salientes. tubus. tubulus, auß laim oder bley.

Brunnenscheib / trochlea.

Brunnenschwengl / damit man s'wasser herauß zeucht / tollo, *onis*, tolleno, *media longa*.

Brunnengraber / putearius, *Plinio*,

Brunnenmeister / aquilex, librator.

Brunn auff bergmännisch *dicitur* schlacht. puteus siue specus.

cus. Puteum inchoare, ein schlacht anfahen. Puteum fodere, ein schlacht sincken Puteum veterem instaurare, ein alte pinge geweltigen. Puteus hic multum aquæ habet, dise zeche ist wassernötig.

Brunst/ incendium. ardor. flamma. inflammatio. deflagratio. incensio. flagrantia montis, die brunst deß bergs.

Brunst anrichten/ incendium facere. excitare. offerre.

Brunst löschen/ flammam, flammas, incendium, incendia restinguere, exstinguere, compescere.

Brunst lasst nach / posuere incendia vires, *Virgil.* incendium remisit, *vel* se remisit. Concidit flamma, *Fabio*, quieuit flamma, *Virgil.*

jnBrunst / ardor animi. æstus. flamma. auaritia gloriæ.

jnBrünstig / feruens animus. flagrans. feruidus. impetuosus.

jnBrünstiglich / ardenter, flagranter. feruidè. feruenter. sitienter.

jnBrünstig machen/ inflammare. incendere. ardorem exercitûs incendere, *Tacito.* Inijcere ardorem. Ardor animi consedit, d'jnbrunst hat nachglassen. ardorem restinguere, außlöschen.

Brust / pectus. thorax. pectusculum, kleine brust. tripectorus, *Lucretio.* dreybrüstig. Pectorosus, der hohe Brüst hat. Asthmaticus, engbrüstig/ anhelator, *Plinio*, anhelus. angusto spiritu esse.

Brusttuech / Brustfleck/ pectorale. strophium, *maximè mulierum.*

Brustkern / spatula porcina, *Apicio.* pectus, supina pars thoracis.

Brustriemen am roß / antilena.

Brustwehr/propugnaculum.

Brustharnisch / *vide in* H.

Brüten / incubare oua & ouis. fouere oua, außbrüten. partus excluditur diebus ter nouenis, *Plinio*, werden außgebrüt.

das Brüten der jungen / pullatio. incubatus, *ûs*, incubitio, fotus, *us. Plinio.*

junge Brut / pulli. nata est pullities, ist außgeschloffen. tenerrima pullities, *Colum.*

Bsengen/ vstulare. amburere. adurere. afflari incendio. Adustio, das.

Bsingknuß / *vide in* S.

Bstand/ *vide* Bestand.

ein Bsteck / theca mensaria, *ad mensæ vsum.* theca graphiaria, *ad scribendum.* theca vtensilium, *instrumentorum quibus vtimur.*

Bstecken / hærere in aliqua re. In ea re hærere atque impediri. Cauendum puto esse, ne implicatus hæream. In hac causa mihi aqua hæret, *Ciceroni.*

Bub/ puer, *vide* Knab.

Bub / Knechtle / seruulus. Marcipor, *veteribus*, deß Marxen bub. Publipor, Lucipor, deß Poppls vnd Luxen bub.

Bub/loser Mensch / facinorosus. flagitiosus. scelerosus. furcifer.

Büberey / nequitia. proteruitas. lasciuia. Clam vos sunt facinora eius, jhr wisst nichts vmb sein büberey.

Bübisch/ vernaliter fungi officijs, *Horat*. Arg vnd listig mit seim Ampt vmbgehn/wie die *vernæ*, im Hauß geborne Knecht pflegen. flagitiosè. nequiter. Impurè ac flagitiosè viuere, bübisch leben. Promptus flagitio, gschwind auff büberey.

Bubenstuck/ *vide* Laster.

Buch / liber. codex. volumen. Libellus, codicillus büchlein. Bibliotheca, Orth da die bücher seyn / Liberey. Loculamenta, foruli. armarium librorum, *ICtis*. Bücher Gstell. Tomus, stuck oder theil eines Buchs Pluteus, *Iuuenali*, Buchkasten chartophylacium, *vbi litteræ librique seruantur*. Taberna libraria, Buchladen. Sittybus, inuolucrum, operculum libri, Vberzug deß Buchs. Vmbilicus, buchspang. Fibula ænea, buchgsperr / clausur. Forceps libraria, retinaculum librarium, Buchheber. Commentarius, commentarium, liber commentarius, commentariolum, darinn alle Händl verzaichnet seyn. Enchiridion, Handbüchle. Fasti, Feyrtag vnd Ceremonibuch. Diarium, ephemeris, *idis*, liber rationis, Rechenbuch oder Tagbuch. Liber auguralis, Warsagerbuch. Liber idiographus, mit aigner Hand geschriben. Rationarium imperij, Reichsbuch. Publicæ tabulæ, Stattbuch. Liturarius liber, Sudlbuch. Tabulæ auctionariæ, Gantbuch. Aduersaria, *orum, dicta ab aduersa pagina, ad manum præstò vt essent*, darein man allerley / was für Handen kompt / schreibt. Pandectæ, darinn von allerley Sachen wird gehandlet. Annales, chronica, *orum*, Jährliche Gschichtbuch. Historia, Gschichtbuch. Multis circumfusus libris, der vil Bücher vmb sich hat.

der die schul Bücher dem Knaben nachträgt. capsarius.

Buchbinder/ bibliopegus. glutinatores, *Ciceroni*.

Buchführer/bibliopola.

Buchhalter/ Logographi, *qui libros rationum scribebant*. Logistæ, *qui eos curabant*. Rationarius apparitor, *qui rationes conficit, vel, qui rationibus præest*. Rationalis *seu* ratiociniorum præfectus, ratiocinator.

Buchtrucker/ librarius. typographus. Typographium, das Ort. Typographia, die Kunst. Typis, formis describere. ære exprimere, excudere, Buchtrucken.

Buch=

Buchstab / litteræ. elementa. characteres. Typi, formæ, formulæ, die Schrifft für den Setzer. Ductus litterarum, der Zug der Buchstaben. Litteræ præformatæ, *Fabio*, vorgeschriben. Dicere litteram, appellare litteras, buchst. außsprechen. Ordinare syllabarum litteras, *Prisciano*, buchstabirn. Grandes litteræ, maximis litteris incisum, mit Versal buchst. eingehawen. Litteræ, litterulæ minutæ, kleine Buchstaben.

dem Buchstab nach die H. Schrifft außlegen / explanandi ratio historica. Sensus historicus. Genus interpretandi historicum. Quod ab apertiore orationis argumento non recedit. Inhærens sententiæ sacrorum librorum explanatio.

Buchbaum / fagus. Faginus, *i, breui*, fageus, darauß gmacht / oder darzu gehörig.

Büchle / glans fagea, *Plinio*.

Büchlsaw / sus glande pasta.

Büchs / pyxis. arcula. Pyxidula, pyxidicula, büchßlein. Myrothecium, narthecium, alabastrum, für Salben vnd Artzney. Est cerussata, sie hat ins büchßle blasen.

Büchs zum schiessen / tormentum æneum, *vnde aliquid torquetur, mittitur*. Bellicum tormentum, Bombarda, *ficta recèns voce, à bombò, à sono videlicet*. Fistula cochleata, geschraufft Rohr. Fistula scopica, Zielbüchß. Venatoria, Bürstbüchß. Sclopus, Handbüchß.

Partes tormenti sunt.

Catulus, der Han Igniarius lapis, der Feurstain im Han Scutula, *Vitruuio*, das Zintloch. Clauis, der Spanner. Rotula, das Rad. Ligula. das Züngl. Lignea theca, das Schafft. Tubus, tubulus, fistula, das Rohr. Ima *seu* maxillaris pars, der Schwantz. Cochlea, der Schraufen. Virga stipans *seu* stipatoria, *qua inculcatur fartum*, Ladstab. Virga sphætospatica, virga glanditraha, *si placet, virga, quâ plũbea glans retrahitur*. virga hamata, der Kuglzieher Virga peniculata. der Wischer. Pinna, imum supremumque punctum, das Absehen.

Vsus tormenti.

Glans, pila plumbea, globus, Büchsenlot. Tormentarius puluis. puluis nitratus, Krautpuluer. Onerare, implere plumbo *seu* farto, farcire tormenta, ballistas, laden. Parare iactui, expedire, aptare fulmini iaciendo, spannen. Malæ applicare, *seu* maxillæ admouere, anschlagen. maxillaris applicatio, das anschlagen. Igniarius fomes, igniarium, der Zündtstrick. Plumbeas glandes iaculari, explodere, exonerare tormentum, abschiessen. Ladung / Patron / fartura tormenti, *vel* fartura tormentaria, fartum tormentarium *vel*

tormentale. offula *seu* maſſula nitrati pulueris.

Qui tormenta tractant.

Büchsenschuß / veles. velites *videntur sic posse dici, gestabant enim fundas, lapides & similia.* Libratores, *Tacito, quòd missilia eminus librando contorqueant*, Hackenschütz. Büchsenmaister / balliſtarij, tormentarii, *qui ballistis vtuntur ad saxa, & iacula euerberanda, muròsque quatiendos.* Büchsenschmidt / ærarius faber, tormentarius faber. Büchsenschifftter / qui thecas æncarum fiſtularum fabricat. materiarius tormentariorum.

Buchßbaum / buxus. Buxeus, Buchßbaume. Buxetum, da sie wachsen.

Buchsen / *vide* Bloderhosen.

Büffel / bubalus. biſon. turpes, villoſi biſontes, zottet. Bubalina ſtragula, *plur. ICto.* Satldeck auß Büffelhaut. Bubalinus anulus, Büffelring.

Büff/colaphus. alapa.

abBüffen / depuuire. palmis miſellam depuuit me, *Lucillo. Vide* Schlagen/& abBlewen.

harBüffen/ *vide* Har.

Bug/ curuatio. flexus. flexura. flexio. curuatura. curuamen. conuexitas.

hinderBug / an Thieren / ſuffrago.

es hat ein Bug herauß / curuum eſt, flexum, curuatum, exſtat,

es hat einn Bug hinein / introrſus ſpectat, *Varroni.* Genæ concauæ, iugula concaua, Wang/ Gürgl hinein gebrochen. Concauatur. Receſſit venter, *Plinio.*

Bücken/ *vide* Bech.

Bugkel / höger / gibbus, gibber, *Iuuenali.*

Bugklechtig / gibbus, *a, um*, gibber, *Plinio.* gibboſus.

Bügkele/tuberculum.

Bugklet herein gehn / corpore curuato incedere, cernuum eſſe. cernuat, *Varroni.*

Bugklet darhinder kommen / *vide* Gerathen in etwas

Bühel/ collis. tumulus. cliuus. mollis cliuus, nit faſt gäch. Collinus, cliuoſus, das Bühel hat. Silua iugoſa, *Ouid.*

Bucken / curuare. inclinare. incuruare. flectere. pandare, *neutrum*, ſich bucken. Detorquere in læuam, auff die lincke Hand bucken. Cernuare, cernuum ſe inflectere, *vel* inclinare.

fürſich bucken/ reſupinare. Reſupinus, reſupinatus.

vberſich geBuckt / repandus. Pandus, vnderſich gebuckt / pandus aſellus. rami pandi.

ringweiß herumb Bucken / in orbem inflectere.

Bückling / oder Bücklin / halex paſſa, fumo durata, infumata. Harengus paſſus & infumatus. Halec torrefacta.

Bückelhäring / halex conditanea, muriatica, rohe Häring.

Bulen/

Bulen/amare. perire.

Buler / amator. procus. riualis, mitBuler.

Bulg/ bulga. hippopera.

Bull/ diploma, *atis*.

Bund / ligamen. connexio. connexus, *us*. religatio. vinctura, alligatio. alligatura, *Colum*.

Bund / Bündnuß / Vertrag/ fœdus. pactum. pactio. pacta conuenta, *plur*. Coniuratio, *in malis*. Ex pacto & conuento.

Bund machen / fœdus ferire, icere, sancire, facere, inire. pacisci, fædera componere. conspirare.

Bund brechen / fœdus negligere, violare, rumpere, frangere, infirmare, conuellere, vmbstossen.

Bund halten/ stare conuentis. In fide manere. In fœderibus sanctus & diligens.

Bundbrüchig/fœdifragus, fœderis ruptor.

Bundgnoß / fœderatus. socius.

Bundstag / comitia, *orum*.

Bündel / sarcina, fascis. fasciculus. sarcinula.

verBunden/ verpflicht/auctoratus.

verBündtnuß / *vide supra* Bund.

Bundschuch/perones.

Byne/apis, *vide* Imme.

Burd/ onus. sarcina. fascis. moles.

Burd aufflegen /. onus imponere, iniungere. Imponere ceruicibus onus. Onus in alium inclinare, eim andern aufflegen

Burd tragen/ onus ferre, sustinere, habere. Onere premi. Onustum esse.

Burd auff sich nemmen / onus tollere, suscipere. sarcinatus, *Plauto*, ders trägt. sarcinosus. der ein grosse Bürd trägt.

Burd ablegen/ onus deponere, abijcere. Deonerare aliquem, liberare onere.

Burd zusammen binden/ consarcinare. colligere sarcinas, constringere.

Burg / arx. castellum. castrum. Castellanus, Burgvogt. Comes castellanus, Burggraff.

Burgfrid / jus ciuium. pax ciuilis. pax communis.

Burger/Burgerin/ ciuis,

Burgerschafft / ciuitas. ciues.

mitBurger / ciuis. municeps. popularis. *ne audi* conciuem *Valla*.

mitBurgerschafft / municipium.

Burger werden / dicare se in aliquam ciuitatem. *Cicer*. Insitus vrbi ciuis, *Sallustio*, angenommen. Constitui legibus in ciuitate. In ciuitatem recipi.

Burger lassen werden / ciuitatem alicui dare. Ciuem facere. In ciuitatem recipere.

Burgerrecht / Ius ciuium. ius ciuicum. ius ciuile. Amittere ciuitatem, verlieren. Adimere ciuitatem, nemmen Dare, geben.

geben. Retinere, behalten. Inter ærarios aliquem referre, dessen berauben / der neben verlust deß Burgerrechts noch steuren muß. Ex ærarijs eximere, es wider geben

Burgerlich / ciuilis. ciuicus. ciuiliter.

Burgerliche Zucht / ciuilitas. Agere se ciuilem, sich Burgerlich halten.

Burgerliche Auffruhr / motus ciuicus. Arma ciuilia, Burgerkrieg.

Burgermaister / consul. gerere consulatum seyn. Consularis, exconsul, exconsule, weiland burg. Femina consularis, Burgermaisters Witfraw. Proconsul, sein Statthalter / Verwalter. Proconsulatus, proconsulare imperium, das Ampt.

Bürg / sponsor. præs. fideiussor. vas, *vadis*. Appromissor, der sich verspricht.

mit Bürg / expromissor. consponsor. compræs, *Festo*. Confideiussor, *Vlpiano*.

Bürgschafft / fideiussio. satisdatio. Vadimonium, Bürgschafft zum rechten.

Bürgseyn / verBürgen / fide iubere, appromittere. satisdare damni infecti, den Schaden verbürgen.

Bürgen setzen / satisdare. prædes dare. Dare fideiussorem, vadem, satisdationem, tröstung vnd bürgen geben. Cauere: Satis præstare. Cautionem præstare. Cauere per satisdationem.

verBürgen zum rechten / vadari, tröstung nemmen / daß einr beym rechten erscheine. Vadari aliquem. eim einn Tag setzen vor dem rechten persönlich zu erscheinen.

sich verBürgen / expromittere.

Bursat / vestis subserica, hyposerica, tramoserica.

Bursch / contubernium. sodalitas. collegium. contubernales conuictûs. Commilitium, manipulus, ein bursch Soldaten. Manipúlatim, von bursch zu bursch.

Burschgsell im Krieg / commanipulo, *Spart.* commiles. commilito. Gregales, burschgsellen.

Bürste / seta. setæ.

Bürstig / setosus. hirtus. hispidus.

gläser Bürsten / echinus.

gwand Bürsten / scopulæ setaceæ. excutia, *æ, Plauto,* Scopula, *æ, Onomast.*

kratz oder reib Bürsten / scopulæ radendis vestibus. Scopulæ rasoriæ. scopulæ asperæ, breues.

Bürstenbinder / scopularius. scopularum artifex, *seu* opifex, *qui è setis scopulas arte colligatis concinnat.*

Bürsten das Har / setis capillum percurrere, comere. scopulis pectere.

Bürsten

Bürſten das Wild/ *&c.* figere, deijcere glande, plumbo, ſclopo feras.

Burt *vide* Geburt.

Bürtig / oriundus ab vlyſſe, *& aliquando ſine præpoſitione.* ortus. Ab antiqua ſtirpe ortus. Obſcuro loco natus, von ſchlechten Leuten herkommen. natus Athenis *&c.*

Bürtzl der Vögl/ vropygium, *&* oropygium,

Burtzlen / volui. Deuolui ex ſublimi, *Plinio,* herabburtzlen. In caput volui, vberburtzlen. præcipitari, in præceps volui.

Buſahrn/ bureo.

Buſch / dumus, Dornheck/ Dornbuſch. Dumetum, vepretum, das Orth.

Büſchlein/ faſcis. faſciculus. manipulus. Reticulum roſæ, büſchlein Roſen in eim Netzle. Seruia, Mayen von Blumen/ büſchle Blumen. Faſciculum ad nares admouere, *Cicer.* an d' Naſen heben. Manualis faſciculus.

Buſchet / faſceatim, *Fabio,* in morem faſcis, *ſeu* faſciculi.

Buſen / ſinus. Inſinuare manus. ſinu dextram fouere, *Ouid.* d' Hand im buſen haben In tuum ipſius ſinum inſpue, greiff ſelb in deinen Buſē. *qui aliena vitia carpis, tua ipſe vitia recognoſce, & alienam vitam arrogantius inſectari deſine.*

Buß / pœnitentia. piamen. piamentum, Straff/ Sündopffer. Hæc multa ei eſto, vino viginti dies vt careat, *Plauto,* daß ſoll ſein Buß ſeyn/ daß er in zwaintzig Tagen kein Wein trincke.

Büeſſen/ expiare, ſcelerum pœnas dare, luere, pendere, dependere, expendere, perſoluere, ſuſtinere, ſufferre, ſubire. Reſpicere. Cædem aliquo piaculo luere, den Todtſchlag mit Opffer oder andern Wercken abbüeſſen. Agere pœnitentiam. Mei peccati pœnas luo, ich muß büeſſen geBüeſt/ multatus.

Büeſſen/ *vide* Straffen.

abBüeſſen/ *paulò antè,* Büeſſen.

Buß aufflegen/ irrogare pœnam, multam, pœnam irrogare peccatis, *Horatio.* Multam imponere, *Liuio,* dicere. Hunc multa & pœna multauit, hat jhn an Gelt vnnd ſonſt gebüeßt/ vnd geſtrafft. Piaculum imponere.

ſein Buß außſtehn / pœnas dependere. Diſſoluere pœnam. *vide* Büeſſen.

thun das Büeſſens werth iſt/ committere multam, *Cicer.* Mereri pœnam. Quid feci? quid commerui? quid peccaui pater? *Terent.* Culpam commeruiſſe *vel* commeritum eſſe. In ſe culpam commerent, *Plauto.* Commeruiſſe pœnam.

Bußgelt/ multa. multatio, multatitia pecunia.

Büeſſung/ expiatio. multatio. irrogatio multæ.

Buß thun / labem aliquo piaculo diluere. Voluntarias pœnas vltrò ſuſcipere. Præteritæ vitæ peccata quàm acerrimè vindicare. In ſuum corpus ſæuire, & debita vitæ licentiùs actæ ſupplicia à ſemetipſo exigere. Quæ ad incommoda & macerationem corporis pertinent. Rebus duris numini propitiando operam dare, abbüſſen. Pœnalis opera, *Plinio*, arbeit / damit man abbüſſe.

Bußwerck / *collige è proximè ſuperioribus.*

Bußfertigs leben / trahere vitam in ſumma aſperitate. Vitam colere horridam & aſperam. Afflictare ſe ſtudio expiandi ſeſe. Expiabilis vita. Ob admiſſa piacula vitam ſuſcipere expiabilem. Afflictor ſui, *è Seneca*, der ein ſolches leben führt.

er hats *&c.* wol müſſen Büſſen / hæc fieri ſine ſumma difficultate non poſſunt. Incurrit in magnam difficultatem. Res habet multum difficultatis & laboris. Riſus dolore miſcebitur: & extrema gaudij luctus occupat, *Prouerb.* 14. das lachen vnd freud wird mit trauren vnd layd gebüſſt. Eia ſudabis ſatis, ſi, *&c. Terent.* du wirſts wol müſſen büſſen.

ein Büſſen / de ſuo addere. De noſtro ſæpe edunt, *Plauto.* wir müſſen jhres freſſens halber vil einbüſſen. Olet vnguenta de meo, *Terent.* ich muß einbüſſen / auff mein vnkoſten ſtinckt er ſo wol. Rem propriam alienare, *Cicer.* Impenſas facere de ſuo. Accipere rei ſuæ iacturam. Iacturam rei familiaris facere. Pati iacturam, *Colum.* Multa oua propter numerum intercidunt, *Plinio*, weil ſie ſo vil außbrüten / ſo muß man viel ay einbüſſen. Intercludi itinere, *Cæſari.* Interuerſum eſt meum commodum, ich habs müſſen einbüſſen.

Butte / zuber / labrum. lacus. cupa. corbis doſſuaria. orca, weinbutte. fiſcella. pytina, *Græca vox noſtra lingua inſerta.*

Butter / butyrum. fit crebro iactatu, *Plinio.* wird außgerührt.

Buttermilch / lac ſeroſum, agitatum.

Buttern / *vide* Miſchen.

Butz am liecht / fungus.

Butz in der naſe / muccus, *vel* mucus. mucoſus, rotzig / *&c.*

Butz im geſchwer / pus. aliquid puris. reliquiæ puris. Reperitur intus exulceratio mucoſa, *Celſo.* compacta vlceris purulentia, ſpeckbutz.

Butz am obs / vmbilicus. apex.

Butz inn augen / gramiæ, rauhe feuchtigkeit inn augen / zieger.

Butzer / emunctorium.

Butzen / purgare, tergere. detergere. arma tergere, waffen butzen.

abButzen/ exstinguere mungendo. Exstinguere alicuius furorem, *conatum*, & audaciam, *consilia*, *consilium* opprimere, eim s'liecht abbutzen.

auffButzen/ ornare. adornare. exornare. comere se. Forum magnifico ornatu adornatum. Templi parietes vestiuntur tabulis, *&c.* Domicilium ornatum signis, & picturis, mit bildern vnd taflen herfür gebutzt. Trossulus, ein auffgebutzte docken. comptus.

auffButzen/ auffraumen/ rem familiarem, supellectilem componere.

außButzen/ extergere. verrere. euerrere. repolire, *Colum.* perpolire. expolire. Desquamare vestes, *Plinio*, ein alt klaid wider auffkratzen / vnd auff den kauff butzen. Interpolare, erneweren/ bessern. Interpolator & interpolatrix, mango, der außbutzt. Mangonizare, *Plinio*, alt vnd verlegne ding widerumb machen/ vnd auff den kauff butzen. Mangonium, solches butzen. Mangonicus quæstus, *Suetonio*, der gwinn darauß. Elimare, außfeilen.

herfür Butzen / *vide* auffButzen.

liecht Butzen / emungere, mungere lumen. emunctio, das butzen.

nasen Butzen / nares mungere, emungere. emunctio narium.

einn dapffer Butzen / *vide* her Nemmen.

Butzen antlitz / larua persona. personatus, ders anhat.

vngeButzt / incomptus, horridus. incultus.

C.

CAlmey / cadmia fossilis. lapis calaminaris, *lapis est sublutei coloris.* Cadmia fornacum, mitle vnd obere ofenbruch/ *seu* cadmia fornacaria, *quæ fornacum altioribus locis assidet, racemi instar concreta.* Tutia, *vide* Kobalt.

Calmeisen / agere triuialem magistrum.

Calmeiser/ triuialis magister. litterator. grammatista. abecedarius.

einen außCalmeisen / aliquem lacerare iurgijs, *Liuio.* acriùs increpare, seuera obiurgatione incessere, *Gellio.* *Vide* außHandlen / *& synonyma.*

Calmus / acorus. calamus aromaticus.

Camelthier / camelus.

Canal / canalis, deuchl halb rund. tubus, tubulus, gantz rund.

Cancellirn / *vide* abThun.

Canonicat/ sacerdotium, opulentum sacerdotium, faist.

Canonisirn / in diuorum immortalium cœtu ac numero reponere. Ad immortalitatem reli-

religione & memoria consecrare. Consecrare. Quos in cælum merita vocauerint. In concilio cælestium collocare. Cælestes honores dare. Immortalitate consecrare. Diuinis honoribus consecrare. Reddere cælo. Auxit cælestium numerum. In diuos referre. Ad sanctorum numerũ, *vel* ordinem adscribere. Cælestes honores alicui decernere.

Cantzl / suggestum. pulpitum. concio. Cathedra. Ascendere in concionem, auff die cantzl steigen.

Cantzley / archiuum. tablinum tabularium.

Cantzleyschreiber / logista.

Cantzler / archigrammateus. Cancellarius. à libellis. libellorum magister. Libellos agere, *ICtis*. Cantzler seyn.

Capell / sacellum. sacrarium. ædicula.

haußCapell / sacrarium. lararium, *ethnica vox*.

die Capell / chorus canentium. musici. cantores. chorus musicus *vel* musicorum.

Capellmeister / mesochorus. phonascus.

Capital / hauptsumm / caput. sors. summa. principalis summa, *quæ fœnori datur*.

Capitan / *vide* Hauptmann.

Capitell / das obrist auff der saul / capitulum. epistylium.

Capittl / capitulum, *vt hodie loquimur*. Collegium. Canonicorum senatus.

Capittlhauß / exhedra, exhedrion.

Capittl geben / *vide* auß-Handlen.

Capittl in büchern / capita. caput.

Cappaun / capus. capo.

Cappren / capparis.

Capplan / sacellanus, sacellarius.

Cardinal / cardinalis. purpurati patres, *vel* purpuratorum collegium, die Cardinäl. Ecclesiæ summum consilium. Summum orbis Christiani consilium. Supremus Ecclesiæ senatus. Cardinalium collegium.

Carfunckel / carbunculus, *vlceris pestilentis genus. vide etiam* Brand.

Carfunckl / edlgstein / carbunculus, *rubet & vulget*, paruus *vocatur* spinell. Carbunculus amethystizon, rubin / *maior est egregio fulgore & rubore*. Pyropus, *quod igneum quid ardet*. Carbunculus candidus. *est dilutiore rubore*, ballas. Carbunculus Carchedonius, *nigrioris adspectus*, granat. Carbunculus Alabandicus, *priore nigrior*, allmandin. Carbunculus Trezenius, *partim ruber; partim candidus, rubro colore albis maculis consperso*, amandin. *Plura qui volet cognoscere, consulat Georg. Agricolam lib.* VI. *fossilium*.

Carmesin / coccum. coccineus, coccinus. coccinum. coccina.

cina vestis. coccinatus. granum infectorium, frutex fullonius, carmesin farb.

Carneol / sardius, schwartz edl gstain / das mänlin. Sarda das weible / mehrers rott.

Carpf / carpio. cyprinus.

Casack / Gallica palla.

Caßl / *vide* Meßgwand.

Cassirn / *vide* ab Thun.

Catarr / grauedo. destillationes. Vexari destillationibus. grauedinosum esse, haben. Destillat humor in nares, in fauces, in pulmonem.

Catechismus / *vide* Kinderlehr.

Catholisch werden / catholica dogmata amplecti. Cum catholica religione reconciliari. Se ad Catholica mysteria conuertere.

Cederbaum / cedrus. Oleum cedrinum, öl drauß gemacht. cedratus liber, *cedrino vnguento, vel cedri succo illitus.*

Cell der münch / cubiculum.

Centner / centenarium pondus, *Plinio.* centumpondium.

Ceremony / ceremoniæ. ritus sacrorum. Designator, præfectus ceremoniarum, ceremoni meister. Arbiter funerum, an der leich.

es bedarff keiner Ceremony / missis, positis ambagibus, ambage remota, remissa. mittere ambitionem, ceremony bleiben lassen.

er braucht nit vil Ceremony / missis agit ambagibus *&c. vt proximè supra.* More recto agit. Rectissimus in dicendo. Non multum respectûs ad alios habet. sine circuitu agit.

Chalcedonius / murrhina. onyx. *gemma habens venas igneas, rubras, purpureas cum lacteis zonis.*

Chor in der Kirchen / princeps membrum templi. chorus sacratior. puteale, puluinar, τόπος ἱερὸς περικεκλεισμένος, *vel. lex græcolat.*

Chor / das ort der singenden / chorus. odeum. Chorus, die singer / der Chor.

Chor altar / ara princeps, altare primarium.

Choral / cantus Gregorianus.

Choralist / choralistes, *dici posset, vt apud Propertium, choralistria Phyllis.* Cantor Gregorianus. Cantor ecclesiasticus.

der den Chor regiert / choragus. chorostata, *vel* chorostates, *æ, a, breui.*

ein Chor in eim gsang / chorodia. antichoria, der ander Chor *in octo &c.* trichoria, drey Chör. dichoria, zween Chör.

Chorrock / amiculum linteum. vestis linea, religiosaque, *Suetonio.* Linteati, linteis induti tunicis, albati, dies antragen.

Chorsinger / choricus.

Christen / qui Christi discipli.

plinam profitentur. Christianorum sacris imbuti. Christiani. Christo auctorati.

nit Christen / qui falsas religiones colunt.

Christenheit / Christiana respublica. Res Christiana. Christi instituta.

Christen machen / ad Christum adiungere.

Christen werden / Christo nomen dare. Christiana sacra suscipere. Christianis sacris imbui. Christianam disciplinam complecti. Christianæ militiæ adscribi. Ad sanam religionem à Brachmanarum fabulis & impura superstitione traducti. Reiecto idolorum cultu ad Christianam ecclesiam se aggregarunt.

Christus hat vns erlößt / hominum mentes expiauit. Patris numen humano generi infensum placauit, aditumque nobis in cælum patefecit. Seruile iugũ à ceruicibus nostris deiecit.

Christlich / piè.

vnChristlich / impiè.

Christmonat / December. mensis December.

Chrisolithus / chrysoberillus. coaspites, *gemma viridis fulgoris aurei.*

Chronicken / chronica, *plur.* chronici libri, annales. Mittere, referre in acta, einschreiben. commentariolum, der Chronick Register.

Churfürst / princeps. dux elector. Septemuiri imperij. Septem-primi, *vt apud Ciceronem, decemprimi à populo legati, fortasse dicentur.*

Cibeben / cubebæ. vua cybina. carpesium.

Cibori / ciborium, *vox ab Ecclesia vsurpata. Apud Atheneum populi genus,* Vas Eucharistiæ asseruandæ, *vel* corpori dominico asseruando.

Cimbl / cymbalum, glöglein wie mans zur Wandlung oder *eleuation* braucht.

Circkl / circinus, das Instrument. diductus, außgespannt. Circulus, der kraiß damit gemacht / orbis, rotundatio, *Vitruuio.*

Circklschmid / circinorum faber.

Circklen / circinare. circinatio.

abCircklen / decircinare, rund machen.

außCircklen / circinare. circino describere, metiri. *Vide etiam* Genaw.

halberCirckel / semicirculus. hemicyclus. semicircularis, einr solchen Gstalt. Ferramentum semicirculatum, *Celso.*

Circkelweiß / circinare, *Plinio.*

Cistern / cisterna. cisternina aqua, *Colum.* Cisternwasser.

Citiern / citare. vocare. aduocare. accire. arcessere. Ne poëtas ad testimonium citem, *Arbitro.*

Cither / cithara. Citharœdus,

dus, cithariſtes. *Cic.* der drauff macht

Citrin / cryſtallus, luteo citri colore fulgens.

Citronen / malum citreum. citromalum, medicum malum, Heſperium, Aſſyrium. Cytrus der Baum. Menſa citrea, Tiſch drauß gmacht. Color citrinus, goldfarb wie Citron.

Citrullen / cucumis citrulus.

Claret / mulſum. aromatites vinum, Weinmäth.

Clauiern / *vide* Orgl.

Clauſen / fauces.

Claußner / eremita. anachoreta.

Clauſur / fibulæ. ærea vincula librorum. vnci. vncini. vncinatus liber. Spaniſche Clauſurle / vnci Hiſpanienſes. fibulæ Hiſpanienſes.

Cliſtier / clyſter. clyſterium. enema, *atis, media breui.* Clyſtere infunditur medicamentum. Per clyſterem aluum eluere. Clyſtere eluere. In aluum cremorem ex inferioribus partibus indere. Ab inferiore parte aluum euocare.

Cloſter / monaſterium. cœnobium. clauſtra religioſorum.

Cloſterfraw werden / virginitatis ſponſione ſe obligare. Perpetuæ religioni & caſtitati ſe conſecrare Virgines Chriſto conſecratæ, Deo addictæ. Cœnobijs virginum ſe deuouit. Sacrarum virginum collegium. Deo ſe in religioſarum familijs dedicare. Virginitatem ſuam in perpetuum Domino conſecrare.

in ein Cloſter kommen / *vide* Geiſtlich werden.

Coadiutor eins Biſchoffs oder Abbts / epiſcopus, abbas deſignatus.

Coleriſcher Menſch / *vide* Zornig.

Colophoni / pix arida, ſpiſſa. reſina fricta, *vel* toſta.

Coloquint / colocynthis, *idis.* cucurbita ſiluatica.

Colorirn im Geſang / chromatis vti. Cantum elegantijs & quaſi coloribus exornare, pingere. Minurizare, *Sidonio, parua voce ſuccinere, cantillare, à verbo* μινυρίζομαι, *exili & flebili voce cantillo, vt, cùm Itali in cantu gemere dicuntur.*

Coloratur / chroma, *atis, Boëtio.* Colorata vocum compoſitio. Vinnula, *ſeu* vinnulata vox, lenis & mollis atque flexibilis. minuritio, das ziehen der Stimm / oder auch tremulant.

Comedi / *vide* Spil.

Comet / cometa, cometes, *æ.* ſtella crinita.

Commiß / diarium. Commißbrodt / panis imperatus.

Commiſſari / curator, *Caio.* Conquiſitor, Kriegs Commiſſari. Recuperator, *qui inter ciuitates controuerſas de reddendis priuatis rebus per iniuriam extortis cognoſcit,* Iudex ſelectus.

Commißmaister / sitarchus. præfectus annonæ. Sitarchia, das Ampt.

Communiciern / ad sacram synaxin, ad sacram mensam accedere. Panem cælestem accipere. Cæleste epulum. Cælesti pane refici. Sacrosancto Christi corpore pasci. Cælesti exceptus conuiuio. Elutis animi sordibus diuinum conuiuium celebrare. Pabulo cælesti refici. Percipere sacrosancta mysteria. Sacro munitus viatico, *de moriente.*

Communion / synaxis. Communio sacrosancta. *Vide proximè suprà.*

Communiciern / anzeigen / cum aliquo vna communicare de re. consilia conferre cum aliquo, *vide* anZeigen.

Compaß / amusium. circinatum tympanum, für d' Wind auffm Meer zuerkennen. pyxis nautica.

Compaß oder Sonnenvhrlin / solarium. horologium sciathericum. Gnomon, der Faden oder Stil darinn.

Complexion / constitutio corporis. Corpus mali habitus, boni habitus, böser/guter complexion. Affectio corporis.

Compony / *vide* Gesellschafft.

Compost / gumpisch / salgama, *plur.* allerley Kräuter/Wurtzen/ Ops so man einmacht. Salgamarius, der solche verkaufft / oder macht. Muria, die brüe.

Computirn / *vide* Rechnen.

Concipist / pragmatici, *qui libellos concipiebant, & testationes consignabant.* Tabelliones, *qui instrumenta formant, conficiunt, & conscribunt.*

Condition / *vide* Weise / & Leben / & geDing.

Confect / bellaria, *orum.* tragemata, die man am Nachtisch aufffetzt. Compositura, *Catoni,* etwas zusammen gesetzt / oder gemacht / *vt* compositura orationis.

Conferirn / *vide* mit einander abReden / & gegen einander Halten.

Conserua, conditum, *media producta.*

Constipirt / duritia alui. Adstricta aluus eum exercet. Contracta aluus. Venter suppressus, compressus, parum, nihil reddit. Aluus ei constitit. Aluus ei est adstricta. Non descendit aluus. Corpus est adstrictum, *omnia ex Celso.*

Conterfeh / effigies. ectypum. iconismus. simulacrum iconicum: iconicos duces pinxit, *Plinio,* hat die Kriegsobersten conterfehet. Expressi cerâ vultus. Vultus Epicuri circumferunt secum.

abConterfehen / *vide* Malen.

Conterfey oder Wyßmuth / electrum, *metallum melius stanno, deterius argento.*

Contralor / antigrapheus. custos, *Cicer. qui pecuniarum à conse-*

conductoribus acceptarum in vsum principis rationes obseruat.

Copey/exemplum litterarum. exemplar. apographum. exscriptum. descriptum.

Copeyen / transcribere. exscribere, abcopeyen.

Copist/ formularius.

Corall / coralium, *vel* corallium, gorgonia, *Plinio.*

Cordabon / *volunt quidam à Corduba nominari: sed probent velim. Ego existimo hanc vocem Italis vindicandam, qui dicunt cuoio del buono (modo ipsis loquendi frequentissimo) quasi dicas, corium bonum, seu de melioribus. Vocetur igitur dũ quid melius succurrit*, aluta laborata, concinnata, *vt Plinius dixit concinnare pelles*, aluta bonæ notæ. pellis de meliore nota: *vnde thoraces, colobia, calceorúmque tegmina consiunt.* corium cordubense.

Cornellbaum / cornus. cornea pyxis, drauß gmacht.

Corporal / sacrorum linteolorum thecæ. *vide etiam* Rottmaister / *post* Kriegsampt.

Corrigirn/ *vide* Bessern.

Crabben/ *vide* Krebs.

Credentzen / libare gustu potionem, *Tacito.* Explorare gustu. Prægustare.

Credentzer/ prægustator, *Suetonio.* à poculis.

Credentzbecher/crater, *seu* scyphus operculatus.

Credentztisch / abacus, argyrotheca. vasarium. repositorium *Plin.* hyalotheca, für d' Gläser. Abaculus, credentztischle. Abacos ornare argento & auro, drauff setzen.

Credentzschreiben/ litteræ honorariæ, sacræ.

Cressen/ merula, *pisciculus.*

Creutz/ crux. *vide* Pein.

s'Creutz machen / signum crucis digito in fronte pingere, effingere, exprimere.

Creutz auffrichten / crucem figere, defigere, constituere.

Creutzigen / in crucem tollere, agere, rapere. Cruci suffigere. Arbori infelici suspendere. Crucifigere, *Ausonio, Suetonio.*

geCreutzigt / crucifixus, *Plinio.* in crucem actus, sublatus. cruci affixus. supplicio crucis affectus. cruce affectus.

Creutzgang / gmein Gebett / supplicatio. supplicationes.

Creutzgang wie in Clöstern / *&c.* peristylum. peristylium. ambitus templi.

beym Grind nem̃en/ obtorta gula de conuiuio abreptus est.

Grisgrammen/ frendere, infrendere. fremere. iras coquere, *Silio,* vor zorn grisg.

Grittlich/*vide* Graitlen.

Grob/ rudis. inscitus. crassus. incultus. horridus. impolitus, rusticus. genus hominum indoctum & agreste, grobe leut. serui agrestes & barbari, homo asper & durus oratione & moribus. hebes. durus. ferreus. inhumanus. indoctus. imperitus. ignarus. inscius. tardus. pinguis. stupidus. bardus. ignarus rerum. tiro ac rudis. rudis & indocta oratio, einfaltige schlechte red.

Grob im reden / barbarus. inciuilis. obscenus. turpitudo verborum, obscenitas, vnflättige wort. dicta obscena, sermones obsceni. Grobe arbeit. rude opus, impolitum. Grober rock. toga crassa. Grober verstand/ intelligentia adumbrata, *Cicer.* hebeti ingenio est. Grob vnd vngeschickt / pingui. *vel* crassa Minerua quid facere. Grober pöuel / multitudo imperita & rudis. vulgus rude. Grobe speis/ illiberalis cibus, *Plinio,* vilis. Grobianisch / duriter. crassè. asperè. inscitè. impolitè. horridè. rusticè. obtusè, mit grobem verstand. | Grob seyn / rusticum, inscitum, inuenustum esse. hebere, ein groben kopff haben.

zu Grob machen / vehementius accipere. improbius tractare. asperius, indignius, hostiliter lacerare, *vel in patiẽdi quoque forma.* Grauissimis verborum ac rerum acerbitatibus nullo adhibito modo eum affecit, *Seneca,* er hat jhms mit worten vnd wercken zu grob gemacht. Latâ culpâ quid negligere, lata negligentia, latior culpa,

culpa, *minima negligentia, id est, non intelligere quod omnes intelligunt*, zu grobe hinlässigkeit. supplicia exacerbare, *ICtis*.

Grobheit/ rusticitas. inscitia. barbaries.

Groll/ odium intimum, obscurum. atq; penitus insitum, vetus, alt vnd eingewurtzlet. Simultatem deponere. den grollen fallen lassen. Simultas, Simultates obscuræ, haimlicher groll.

Gröltzen/ *vide* Görpsen.

Gropp/ gobius. gopio, *Piscis*.

Groschen/ duodenarius. solidus, duodecim nummulis valens Misnicis.

Groß/ magnus. grandis. ingens. amplus. fast Groß / vastus immodicus. immensus. prægrandis. permagnus. immanis. Groß vnd vngestalt/ vegrandis. Magnitudo æris alieni, grande æs alienum, grosse schulden. Potentia solis acrior, grosse hitz der sonnen. Admodum amplum & excelsum signum, groß vnd hoch bild. Familia ampla & honesta, groß vnd ehrlich haußgsind. Summus amicus, grosser freund. Naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit, schiffrüstung ward allzeit sein gröste sorg. Magnum est, es ist ein grosses. *Vide quoque* Fürnem. potatores maximi, *Plauto*, grosse trincker. acres potores, *Horatio*.

was Groß thun/ admittere facin⁹. flagitium magnū facere

Groß seyn/ schwanger seyn/ ferre vterum, partum.

Größlecht/ grandiusculus. grandiculus, *Plaut*. subgrandis. maiusculus.

Größlich/ magnopere, *vide* Fast.

Grösse vnd maß eines jeden dings/ modus agri, fundi. exiguus modus siluæ, kleins wäldle. amplioris modi aqua, mehr wassers. maior modus olei, mehr öls. Statura? grösse deß leibs.

Grösse/ quantitas. magnitudo. granditas. vastitas. amplitudo.

so Groß/ tantus. tantillus. tantulus. Ficus pyris magnitudine æmulæ, feigen so groß als piren. Altero tanto maior, zweymal so groß. tertio tanto maior, dreymal.

wie Groß/ quantus. Quantulscunque. quantus quantus, wie groß es sey.

Groß machē/ amplificare. ampliare. magnificare. *Plaut. Plinio*. amplificatio. amplificator.

Großmütig / *vide in* M.

Großmächtig / magnanimus. animosus. Animo amplo, excelso, magno & erecto, magno & excelso, magno & forti, firmo, firmissimo, magno & constanti, magno ac libero, maximo.

Großmütigkeit / magnanimitas. Animi altitudo, amplitudo, exaggeratio quam altissima;

sima. firmitas, firmitudo. Animi vis, robur.

Großmutter / *vide in* M.

Großvatter / *vide in* V.

Grössen / grandius facere. grandire gradum, *Plauto*, die schritt im gehn.

Groß werden / adolescere. grandescere. ingrādescere, *Col.*

der sich Grosser straichen außthut / magnidicus, *Plauto*. magna lingua, *Horat.* Et crepat antiquum genus & pietate repletum, *Lucret.* Quæ tu magniloquus nocte dieque sonas, *Martiali.* Magnificè loqui, *Cic.*

Grösser / maior. altero tanto maior, vmb halb grösser. Magna ars Germaniæ, der grösser theil. Melior pars diei, deß tags. Ampliores iræ, grösserer zorn.

Grösser machen / attollere rem paruam. adiungere ædibus accessionem. ampliare plagam, die wunden. culpam suam augere, d' schuld.

Grosser werden / accedere nihil potest ad amorem. accessio facta est. incrementum augmentum capere.

Grub / fossa. fouea. scrobs. fossatum. *Plin.*

Grüble / scrobiculus, *Plin.* lacusculus, *Columel.* vmb die baum zu wässern. Lacunosus, voller gruben. Lacunatus, grubig / *Plinio*. ein Gruben machen / scrobem subigere, *Virgil.* scrobem fodere, auff bergmännisch / schorffen. *quia* fossa schorff *dicitur*. fossam, fossulam facere. lacuna, lama. wassergrub.

der auff der Gruben geht / capularis senex. decliuis ætate.

Grüblen / fodicare. scrutari. vestigare, nachingrüblen.

Grufft / spelunca. specus, crypta. hypogæum, *metallici vocant*, strecken oder schlacht.

Grumet / fœnum cordum. serotinum, secundarium, autumnale, spat gewachsen.

Grumsig / *vide* Gräutig.

Grün / viridis. Vitreus, hyalinus, glaßgrün. Herbeus, herbidus, graßgrün. Prasinus, abschlaggrün. prasinatus, *Arbit.* mit solcher farb geklaidt. Melinus, apffgrün. Xerampelinus, flachsfarb. *nomina in inus corripiunt penultimam.* Nemus omne viret, der wald ist grün. Subuiridis, grünlecht. Vmbra viridis, schatten von grünē baumen. *Item*, grün / frisch / oliuas virides seruare. *Item*, vnzeitig / viridia cæparū proijcies, *Apic.* das grün von zwiblen. acerbus, *vt*, acerba poma, acerbitas.

Grüne / viriditas. Viretum, virectum, viridarium, grünort. ire, concedere in viretum, *&c.* in grün gehn.

Grünen / virere. virescere. florescere. frondere, der baumen.

wider Grünen / reuirescere. reflorescere. reuiridescere, *in notis Tironis & Seneca.*

er sicht Grün vnd geld auß / est luridus. lurido pallore.

Grün-

Grüuling/ *auis*, chloris,*idis*.

Grünspan / oder spangrün/ ærugo æris. ærugo. scolecia. æris flos. æs viride.

Grünspecht/ *vide in* S.

Grund/ boden/ fundum. fundatum esse, *Vitru.* ein grund haben. Fundus, grund vnd boden. Columen actionis, firmamentum ac robur totius accusationis, grund der sach. In solidum exstruere, *Vitruuio*, auff harten grund bawen.

das Grundeiß geht/ flumina trudunt glaciem. Inferna glacies mouetur, fluitat.

Grundfeste / fundationes, *Vitruuio*.

Grundfest / fundamentum ponere, iacere, grund legen. Domus est complanata, auffn grund abbrochen. Totum opus à solo excitat, bawets võ grund auff. Villam ædificare nouam ab solo, *Catoni*. Funditus perdere ciuitatem, biß auffn grund.

Grundklotz/ bolis,*idis*. cataprorates, *quod de prora demitti soleat ad explorandum fundum*. linea, *Plauto*.

Grundlinien/ basis.

Grundloß / fundo carens. immensus. infinitus. Vorago barathrum, voraginosum solum, *Hirtio*, solches ort.

Grundböß/ nequissimus, *&c*.

Grundstock / matrix arbor.

Grundsupp/ nautea. *Item*, seminarium, vrsprung alles vnrats. *de malis & bonis vsurpatur*

auff den Grund kommen / ad caput rei peruenire. inuenire. certum. à capite arcessere, vom grund vnd vrsprung hernemmen.

zu Grund gehn / funditus perire. disperire. pessum ire, pessum abire.

Grunden/ contari, *à conto, pertica oblonga, qua nautæ vtuntur ad exploranda loca nauibus opportuna, Donato*. Explorare altitudinẽ seu profunda fluuij, *&c*. Vadum tentare. *Ouidio*. Inuenire fundum, auff den grund deß wassers kommen. *Itẽ*, fundare, *vt*, imperium fundare, dem reich ein guten grund legen. fundamento veritatis niti, *Gellio* auff etwas gründen.

auß/ oder er Gründen / scrutari. rimari. de caussa cognoscere, den handel aigentlich ergründen. Excutere & scrutari. Scrutatio. seruator.

durchGründen / perscrutari. peruestigare. inuestigare & perscrutari omnia. peruestigatio.

nachGründen/ *idem*.

Gründlich/ compertum aliquid habere, wissen. Dicere probabiliter, von eim handel reden. Altius perspicere, gründlicher besichtigen/ betrachten. Altius quid cogitare, nachsinnen.

Gründlich berichten/ docere. erudire. facere certiorem. fides veritatis, gründtlicher bericht. nuda veritas, gründliche warheit.

vnGrund/ ſine fundamento. nullo fundamento. abſque ratione.

Grundel/gobius fluuiatilis, *Auſonio*. fundulus *barbarè*. Gobitis barbatula. marſio, merr. grundel.

Grundförinen/ carpio Benaci. truta magna, *ſeu* lacuſtris. trutta ſalmonata.

Grüſch/furfures, *farinæ recrementum craſſius*.

Gruſelen / formicat cutis. *Plinio*.

Gruß/ ſalus. ſalutatio. perſalutatio. conſalutatio.

Grüſſen/ſalutare. conſalutare. perſalutare. Salutem mihi verbis tuis nuntiauit, hat mir von dir einn grueß bracht. Tibi ſalutem plurimam dicit, adſcribit, laſſt dich grüſſen. Impertit tibi multum ſalutis. Salute data inuicem redditaque, *Liuio*, da ſie einander grüſſt. Salute accepta redditaque. Plurima ſalute eum impartit, *Terent*. Quem ſaluere plurimum iubeas, grüß mir jhn zu 1000. mal. grüß dich GOtt/ſalue. ſalue multum ô mi here, ô mi popularis ſalue, lieber herr/ landsmañ *&c*. & tu multum ſalueto. Saluus ſis. dij te ament, GOtt danck dir. Salue mi ſodalis. Ego vos ſaluto. & nos te. Saluere iubeo te bene, ich wünſch dir vil guts. Iubeo vos ſaluere. Iubeo te ſaluere mater.

wider Grüſſen/ reſalutare. Reſalutatione quem impertire, *Sueton*.

vnGegrüſſt/ inſalutatus.

beGrüſſen/conſulere inconſultu meo, man hat mich nit darumb begrüſſt.

Gſang/cantus. *vide* Singen.

Gſäß/ ſubligaculum, femoralia.

Gſandt/ *vide* Senden.

Gſchäfft/ *vide* Geſchäfft.

Gſchehen/*vide* Geſchehen.

Gſchlacht/*vide* Geſchlacht.

Gſegnen/*vide* Segnen.

Gſcheid/*vide* Geſcheid.

Gſchmaiſſig / lentus. lenta virga flexibilis. Virga ſequacis ad vincturas lentitiæ, *Plinio*.

Gſchmeid/ bulla. bullarius, gſchmeidmacher.

Gſchmack/*vide* Schmecken.

Gſetzl / nomos, *Sueton*.

Gſtatl/ capſa, ſcrinium è ſectilib⁹ laminis. *ex Pliny lib*. 16. *cap*. 43. capſa rotunda, ouata, viminibus ligata, commiſſa, deuincta, capſa viminalis.

Gſtatten/ *vide* Geſtatten.

Gſtell zun büchern / foruli, pluteus.

Gualtrappa/ dorſuale equi. ſtratum. inſtratum.

Guardi/ excubiæ, *tam nocturnæ, quam diurnæ*. Satellites, cohors prætoria, ſtipatores, die guardi. Excubare, auff der guardi ſeyn.

Gugel/cucullus, cucullatus, ders trägt

Guggauch/ cuculus. Et cuculi

culi cuculant, *auct. philom. pe-nult. longa & breui.*

Guggen/ videre.

Guggebergen / *corrupte, pro* Khüebergen / vaccæ latebræ: *veteribus* diffugium. *est genus ludi puerorum. Ioach. Camer.*

Gulden / *vide* Gold & Floren.

Gulterdeck/ toralium. toral.

Gummi/ gummi, gummatæ arbores, *Palladio*, die gummi trieffen. Gummosus, *Plin.* dessen vol/ bech. Gummitio, *Colum.* beklaidung mit gummi.

Gump/ gurges. latent in gurgitibus imis, *Plinio.* crescit gurgitis altitudo, *Liuio.*

Gumpen / equus quatit terram, gumpt. pulsat humum. tripudiare. saltare pecudes exhilaratæ lasciuiunt, *Colum. Item,* lasciuire.

Gunnen/ fauere. studere alicui, fauere honori alicuius, eim d'ehr gunnen. Vehementer cupere caussa alicuius. Cui maxime cupio, Cæsari honestissime cupio, gunn jhm alle ehr. Bene velle alicui ex animo, von hertzen eim guts gunnen.

Gunner/ fautor. fautrix. amicus. studiosus. beneuolus, gutwillig. bene cupiens, wol wöllend. Beneuolus. *Plauto.*

verGunnen / vergünstigen / facultatem dare, facere, concedere. tibi permitto. Licentiam dare, permittere, concedere, Potestatem dare, facere, offerre. permittere. Concedere. largiri.

mißGunnen/ inuidere. honori inuiderunt meo, vt nobis optimam naturam inuidisse videantur.

Gunst/ fauor. gratia. studiū. studium tuum erga me. aura popularis, deß volcks.

Gunst erlangen / parare gratiam. Beneuolentiam acquirere. colligere, emereri fauorem. captare fauorem ex aliqua re. Elicere fauorem alicuius, anziehen. In gratiam & fauorem alicuius venire, *Plauto.* In gratiam alterius poni apud alterum, in gunst kommen.

Gunst erzaigen/ beneuolentia prosequi. complecti aliquē.

Gunst machen / conciliare, trahere sibi gratiam alicuius, *Tacit.* inire gratiam, emereri fauorem.

Gunst verlieren / effundere gratiam. exoleuit fauor. *Liuio.* beneuolētia sublata gratia languet. *Silio,* vergeht allgemach.

Gunst geht für gspunst/ sem per iudicio fauor officit, *Senec.* Ingenio, *vel* arti fauor officit, *ex eodem fictū.* Virtute ambire oportet, nō fauitoribus, *Plaut.* man muß nit nach gunst gehn.

in Gunst bringen/ ponere in gratia.

in Gunst seyn/ esse in gratia. Habuit studia suorum ardentia, er ist bey jhnen wol dran gewesen. Gratiosus alijs & apud suos.

suos. Florere gratia, in grosser gunst vnd gnaden seyn.

mit jederman Gunst/ libentissimis omnibus. Marius cupientissima plebe consul factus *Sallust*. Secunda contione. Fauorabiliter. *Fabio.*

- nach Gunst werben / trachten / aucupari gratiam alicuius. bonam gratiam quærere. captare fauorem, beneuolentiam ex aliqua re. Cõsectari beneuolentiam largitione, gunst kauffen / mit gaaben vnd schencken darnach stellen. Elicere vulgi fauorem. Iudex ambitiosus. ambitiosus in aliquem. Captator auræ popularis.

Günstig/ gratiosus. studiosus. propitius. fauorabilis, *actiuè & passiuè*. beneuolus. *Aduerb.* fauorabiliter, *Sueton.* gratiosè. *Vlpiano.* beneuolè.

Günstig seyn/ fauere. benè velle. studere. bene cupere. velle alicui. Tibi volo, ich will dir wol. Vtebatur populo sanè suo, der gmein mañ war jm gar günstig. Tua caussa cupio ac debeo. Est cupidus. studiosus mei. Volo tua caussa. Est perbeneuolus nobis, großgünstig. Inclinatio voluntatum incubuit ad eum, man ist jhm günstig. Imbutus fauore alicuius, *Tacit.* den man günstig ist. Eum fauor habebat, man war jhm günstig. *idem.*

vnGunst/ offensa. offensio. maleuolentia. inuidia. in vnGunst seyn / magna in offensa sum apud eum, *Cicer.* In inuidia res est. Inuidiæ esse. In inuidia esse. flagrare inuidia. offensam habent, sie seyn in vngunst.

vnGunst auff sich laden / offensam suscipere, subire, mereri. irruere in odium alterius. venire in odium omnibus. Colligere inuidiam crudelitatis ex aliqua re, wegen der grausamkeit odium contrahere.

vnGunst machen / facere inuidiam alicui. In inuidiam rapere, trahere, adducere, vocare, concitare inuidiam cuipiam.

vnGünstig/ inimicus. malè amicus. maleuolus. maleuolés, infensus, alienus ab altero non alienos animos habemus, wir seyen jhm nit vngünstig. Inuidere, malè velle, cupere, vngünstig seyn. Alienare, abalienare voluntatem alterius à se, jhm selbst einn andern vngünstig machen. alienare omnium voluntates à se. conabantur alienare à te voluntatem meam, sie haben wöllen ich soll dir vngünstig werden. Te à me alienarunt, & me immutarunt tibi.

mißGunst & mißGunnen / *vide* Neid / Neiden.

mit Gunst zu reden / bona venia dixerim. pace omniũ vestrum dictum esse volo. venia sit dicto, *Plinio*, Gott vnerzürnt

Gurchen / anguria, *genus fructus.*

Gurgel/ guttur, animæ canalis. canna pulmonis, aspera arteria. Iugulus, iugulum, troßl am hals Iugulare, gurgel abstechen. iugulationem facere, *Hirtio*. Degulare patrimonium, *Plinio*, durch Gurgel jagen.

Gurglen/ gargarizare. gargarizatio, gargarizatus, *us*. *Plinio*, das gurglen. Liquido plasmate guttur colluere, *Persio*.

Gurr/ merre/ equa.

Gurren/ intestina mihi crepant, der bauch gurrt.

Gurt/ gürtl/ cingulum. zona. cingul⁹ *Cicero de zonis cali*. cinctus, *us*. sine cinctu, vngegürtet. Cingulum, baltheus, wöhrgürtl. Cingula, *æ*, roßgurt. Lumbare, *Isidoro*. Cincticul⁹. cincticulo præcinctus, *Plaut*. gürtele.

Gürten/ cingere. incinctus. *Plinio*. gegürtet ab oder auff-Gürten/ discingere. cinctum soluere, *Plinio*. zonam soluere. entGürtem/ *idem*. vmbGürten/ cinctu cingere, *Plinio*. præcingere, incingere. circumcingere. succingere. cingulo succinctus, *Arbitro*. cinctutus, *Horat*.

Gürtler / zonarius.

Gus/ fusio. fusura, *Plinio*.

das Gut / *vide* der Schlag.

Gut/ haab / census. fortunæ. opes. diuitiæ. res. bona. facultates. possessiuncula, gütle. Patria bona, vätterliche gueter/ auita, von vorfahren her. Peculium, mit arbeit gewunnen. Bona adespora, *Budæo*, das keinm herrn hat / dz inn gmeinen seckl gehört. Priuatus census, bona propria, aigen gut. Fortunâ ornatus, mit zeitlichen gütern begabt. refertus omnibus muneribus, donisque fortunæ. Bona prædia, versetzte gütter. *prædia, hîc est substantiuum neutrius generis, à præs. prædis*. Dat census honores, *Ouid*. gut gibt ehr. Condere opes, augere rem, gut hindersich legen. Bona adedere, consumere, sein gut hindurchrichten. Possessio fiduciaria, gut oder erb auff trew vnd glauben eingenommen/ vnd mit eim geding. Ligend gut/ fundus ornatissimus, wol eingericht. fructuosissimus, nutzlich. Prædium *iam ædes vrbanas, quam villas complectitur*. Latifundium, *Plinio*, brait/ weit. Glebs *pro priuato fundo accipitur*. glebæ possessor. Glebalis pensio, das einer draus geben mueß.

grosses Gut/ magnus census. magnæ opes, maximæ, summæ præstantissimæ diuitiæ, ingentes, maximæ fortunæ. amplissimæ, magnæ, maximæ.

kleins/schlechts Gut / breuis census. exiguus census, schmals einkommen oder gut. exiguæ opes. paruæ, tenues. vis haud magna cum re. homo tenui censu. homo sine censu, der kein einkommen hat.

vom Gut kommen / de fortunis omnibus deturbatus est.

Exturbare è possessione aliquẽ. deturbari possessione. labi facultatibus, vmb sein gut kom̃en.

der Güeter führt / exercitor, *Vlpiano*.

Gut/ bonus. probus. notæ bonæ vinum. *Vide* Nutz / *&* Fruchtbar. Perbonus, optimus, fast gut, Bonus bello, gut im krieg. Populum facilem habere, gut vnderthanen haben. Rem suam facere ex mala meliusculam, sein sach gut machen. Numerare in bonis, für gut schätzen. In bonum vertet, es wird gut werdẽ. Vires domi nobiles, nec agnoscendæ alibi, in jhrem boden gut vnd nit anderstwo / *Plinio*. Res electissimas aggredimur, *Arbitro*, gute sachen. Vt tanto bono gaudeam, ein gut geniessen. Ferri debet, ferendũ est, es muß wol gut seyn. Si quid in te virtutis atque industriæ esset, wann an dir etwas guts wäre. Secunda bonitas, zimlich gut. præcipua bonitas huius. summa bonitatis ratione constat, *Plinio*.

es ist Gut vnd nutz / expedit conducit. est mihi bonum atque commodum. Bono eis fuit illũ occidi, ist jhnen gut gewesen.

es ist Gut für diß / *&c.* Valet aduersus morbum intestinorum, ist gut fürs grim̃en. Vim medicamenti obtinet. Valetudini salutare. Neruis prosunt pedibusue, sanant vlcera. capiti medentur. sunt perquam salubres oculis, sterilitatem abolet, aquæ vulneribus medentur. valet purgare, contra venena prosunt, *&c. plura Plinius lib.* XXXI. *cap* II. *alijsque locis*.

es ist jhm Gut gnug / *vide* wol Thun / es Thut jhms wol.

ich bin so Gut als du / æquo me tecum. exæquor tibi, *Liuio* pares sumus. par atque vna ratio est nostra. eadem nostra est conditio. eâdem sum, quâ tu, conditione. confero me tecum, res meas cum tuis laudibus compono. sed hi nec comparantur, *Caton.* ja sie seyen nit so gut als er.

nit Gut gnug seyn / tibi fortasse idoneus fuit nemo, quem imitarere, *Cicer.*

es ist Gut / *approbantis serio aut ironicè*. bene est, bene habet. fecisti planè. benè. benè agis. Laudo te.

Guter ding seyn / lætari. gaudere.

Gut darfür seyn / istam culpam ego præstabo. Suscipere in se damnum, *Sueton.* den schaden vber sich nemmen vnd gut darfür seyn. Meo periculo rem gero, *Plaut.* ich will / *&c.*

Gutgeduncken / suum iudicium interponere. tuo potius stabo iudicio, quam meo. de iudicatu meo, nach meim gutged. existimare de aliqua re, sein gutg. sagen. video visum esse nonnullis, hat sie für gut geduncft. meo arbitratu loquar

de

de hoc. ad arbitrium & nutum alterius totum se fingere & accommodare. verba arbitraria, wort die nach gutg.geredt seyn.

Gut haissen/approbare.comprobare. laudare. approbatio. approbator. comprobatio.cõprobator. laudatio. laudator.

nit Gut haissen/abijcere. respuere. improbare.

lassen Gut seyn / *vide* nachlassen.

Gut meinen / bene animatum esse erga aliquem. optima voluntate erga quem. tam secunda in eum voluntas reperiebatur, *Cæsari*, so gut mainet. mans mit jhm. amico animo, bono animo.

für Gut auffnemmen/ in bonam partem accipere. mitiorem in partem interpretari. æqui bonique facere.

für vnGut auffnemmen / in malam, peiorem, sinistram partem accipere. benedicta malè interpretari.

für Gut haben/ boni consulere. paruo vti, mit wenig für gut haben. Æquum esse alicui, mit eim für gut haben. contentum aliquo esse.

ein Guter tropff/ homo minime malus, *Gell*

zu Gut halten/ *Vide* Verzeihen.

der sich vil Guts mit worten außgibt/ oratione beneficus.

Guets muets vnnd frölich seyn / habeto bonum animum. bono animo es, *vel* esto, sey guets muets.

redend einandern Guts/ bene quæso inter vos dicite.

Guts thun / facere bonum. facere bellè, benè, rectè, probè, benefacere.

dem leib Guts thun / *vide* guts leben haben.

eim Guts thun / beneficium dare, tribuere, collocare, conferre in aliquem, facere benignè. afficere plurimis maximisq; muneribus. Benefacere. beneficio complecti. Bene mereri de aliquo. Officium cui tribuere. Commodare. Gratificari gratiam, *Sallust.* Beneficijs afficere, promereri. aggerere bona ad aliquem, *Plauto*, häuffig. semet beare, jhm selbs. multa erga me fecisti benè. Beneficium ponere apud gratos. guts thun denen dies vergelten künden. Soluere beneficium hinwider guts thun.

er thut kein Gut/ est homo nequam & improbus. nullius frugis.

es thut kein Gut / non proficitur. vtinam aliquid profectũ esset, *Cicer.* o daß was guets wer geschehen.

ein Guts vor tag/ bene ante lucem.

einn Guten thail/bonam, magnam partem occupatus, ex maxima parte sic est.

Güte / bonitas. probitas. candor.

Gütig / benignus. bonus facilis. lenis, gelind. mitis, mild. perbenignus. perhumanus, gar gütig Affabilis. im reden. Liberalis, zum geben Mollescere, mitescere, remollescere, gütig werden.

Gütigkeit / benignitas. bonitas. beneuolentia. humanitas, facilitas. comitas. placiditas, *Gellio*, sanfftmütigkeit.

Gütiglich / benignè. humanè. humaniter. placidè. clementer. mansuetè. cum bona gratia.

Gütliche forderung / actio arbitraria.

beGütigen / mitigare. lenire. mollire. emollire, *Liuio*. remollire, erwaichen. mansuefacere. mulcere. placidum reddere.

vnGütig / malignus. iniquus. *Aduerb.* duriter. iniquè. iniquissimè.

vnGütigkeit / maleuolentia. malignitas, iniquitas.

vnGütlich / *vide* vbl Halten.

Gutthat / beneficium, benefactum. meritum, promeritum, verdienst.

Gutthat erzaigen / *vide* ein Guts thun.

Gutthat vergelten / reddere officium. parem gratiam pro beneficio reddere. inter eos mutuò officijs respondetur. benefacta referre. beneficia remunerare & ri.

mit Gutthat verbinden / verpflichten / deuincire quem sibi beneficio. demereri obsequio. obstringere, obligare quem sibi. Beneficiarius, *Caesari*. verpflichtet.

Gutthätig / beneficus.

Gutwillig / libens. volens. volenti, lubenti animo. testes voluntarij. mea sponte. vltro. æquo animo attendere, concedere, nachgeben. Iudices beneuolos efficere, gutwillig machen.

Gutwilligkeit / beneuolentia. benignitas. bonitas. bona gratia.

Gutteren / krug / ampulla.

Gutschen / pilentum. carpentum, staticulum, der äusser sitz an der gutschen.

ein Gutscher / auriga. essedarius. capsus rhedæ, sein sitz.

Gutschenbett / *vide* Bett.

Gwardi / excubiæ. prætoriani milites.

Gwar werden / sentire. colligere. notare animaduertere ne tu id persentisceres.

Gwarloß / vnGwar / incautus. improuidus. inopinans, *Fabio*.

in Gwarsam nemmen / *vide* Hüeten. vti perfugio, in ein gwarsam sich begeben. In tuto esse, an seiner gwarsam seyn. Tuto, gwarsamlich.

Gwaxen / wie ein frosch / *vide* F.

mit Gwöhrter hand / comminus gladijs rem gerebant.

Gwerb / *vide* Gewerb.

Gweren / compotem votorum facere, seiner bitt. Probam

esse

esse mercedem spondere, kauffmans gut gweren.

ein Gwett thun / *vide* Wetten.

Gwild/ *vide in* W.

Gwin/ *vide* Gewin.

Gwissen/ *vide* Gewissen.

Gwonheit/ *vide* Gewonheit.

Gwülck/ *vide* Wolcken.

H.

HAab / res familiaris. res priuatæ. res domestica & familiaris.

Haab vnd gut/ *vide* Gut.

farende Haab / res mobilis. supellex. ruta cæsa, *quæ cruta sunt, & lapides: & cæsa, vt ligna, exque ijs confecta.*

an der Haab verderben. re familiari comminuti sumus.

Haben/ habere. In possessione esse, & possidere *differunt. in priori non habet, seu, non es dominus; in posteriori, es dominus, resque est tui iuris, ICtis.* Constat prouincia ex ijs, hat solche leut. Liber est in manibus omnium, jederman hats. sinistra manu retinebat arcum, er hatte in der lincken ein bogen. Cum fustibus & saxis fuerunt, sie hätten beugl vnd stein. Totum regnum est in hostium potestate der feind hats. Syria est nostra, wir habens. Præditum esse. compotem esse. Illud inest commodi. den nutz hats. Dicendum habet, er hat noch zu reden. Quid habes super ea re dicere? *Gellio.*

er Hats / er hat seinn thail habet. hoc habet, *vox insultantis aduersarij, aut vulgi.* certo captus est: habet, *Terent.*

Haben wöllen / exigere operas, opus, daß man arbeite. imperare. velle.

an Haben/ amictum esse, indutum esse, vestitum esse *cum ablatiuo.*

für Haben/ *vide* für Geben.

für Haben/ est mihi propositum, diß ist mein fürhaben. sentio me esse longius prouectum, quam proposita ratio postularet, bin weiter hinein kommen als mein fürhaben war. Hoc proposito, mit disem fürh. Constitutum habere. constituit se daturum in animo habere.

auff seim für Haben bleiben/ in pristina mente manere. Hærere in eadem commorarique sententia. Tenere institutum, permanere stabilem. In proposito permanere. perstare. in sententia perseuerare. fortis & constans semper fuit.

inn Haben/ occupare. obtinere. tenere. possidere. tenere & possidere. possessor, innhaber.

kranckheit/ *&c.* Haben/ febrem habere. affici torminib⁹.

mit eim Haben/ cum aliquo facere. stare ab aliquo. ab alicuius causa stare. cum aliquo sentire.

nichts Haben / cui minus

nihilo est, *Terent.* Cui ipsi nihil est in manu, *Plauto.* Nihil illo egentius, *Cicer.* rerum cunctarum egenus.

nit Haben/ carere aliquo. ab his rebus vacuus atque nudus. ei pugio defuit. egere aliquo. picturæ quædam durant in orbitate tecti, *Plinio*, weren ohne tach.

noch Häben/ manent ingenia sensibus, *Cicer.*

sich vbl geHaben / *vide* Klagen/ & vbl Auff seyn.

vil Haben / multum habere. abundare. redundare. affluere. circumfluere *cum ablatiuo omnia.* magnam copiam habere.

vor Haben/ *vide* für Haben.

vor Habens seyn/ *ibidem.*

wider einn was Haben / aduersari alicui. aduersum alicui esse. contra alicuius studiũ stare. Ista res nonnullam habet querelam, *Cicer.* man hat etwas darwider. Is mihi etiam queritur, quod sit *&c.* er hat auch diß wider mich. queri cum aliquo. de te, *vel* de tuo vitio queror.

zu Haben das maul/ os tenere, vocem. orationem comprimere.

zusamen Haben / coniungere.

Habern / auena. auenacea farina, habermeel. auenaria cicada, *Plinio*, hewschrecken so im haber wonen. Auenacea puls, habermues.

Habich/ accipiter. Asterias, *æ. masc.* accipiter stellarius, astur, *vulgo*, stern habich. Accipiter fringillarius, fincken habich. Circus *est ex ferociorum accipitrum numero.* Pipat. *auct. philom. dicitur etiam* clangere Subbuteo, *latior reliquis*, der habich schlägt dem hasen ein bain in d'haut / lepori pedem impingit. dem habbich die augen verkappen/ oculos obnubere.

Habit/ vestis.

Hächel/ pecten ferreus. Carminare, carminatio, hächlen. lanam pectere, *Colum.* stupa pectitur ferreis hamis, *Plin.*

ein ge Hachleter mensch/ homo comptus, pexus, delicatus.

ein junger Hach / feroculus, *Hirtio.* audaculus, *Gellio.* adolescens alacer, vegetus.

Hader / *vide* Zanck.

Haderlump / peniculus. pannucia, *æ*, *Arbitro.* Haderlumper / peniculorum collector. pannicularius. pannuciarius.

Häderle/ exigua penicilla interponenda, kleine häderlein soll man drein legen. Linamentum superdandum, in plagas linamentum dandum est. panniculus quadratus, viereckets häderle/ *Celso* zer Hadert mit haderlumpen angethan / pannis oblitus, *Terent.* pannosus. pannucius, *Persio.*

Hafe/ olla. ollula, häfele olla fictilis, fingere ollas, hafen

ma-

machen. Diploma, *olla fictilis; vitreo tectorio, duplicique tunica incrustata*, olla incrustata, verglaster hafe. Lebes, ehriner haf. Vrna, wasserhaf. Caldarium, hellhafen. Cacabus, *olla, in qua pulmentaria coquimus*, mueßhafen. Echinus, *Horatio*, weiter hafen. Tripus, olla, tripedanea, mit drey füeß. Ollæ modiales, groß/ die einn metzen fassen. Incoctilia, *plur. Plinio, ærea opera, aut vasa fusili stãno incrustata, ad oblitterandũ saporem æris*, kupfferine verzinnte häfen.

Hafenkäß / caseus ollaris. *quemadmodum dicitur, ollares vua, Columella lib.* XII. *cap.* XLIII.

Häfen / zusetzen / adstituere aulas, *vel* ollas, *Plauto*.

d'Häfele zusamen tragen / symbolam dare, *Plaut.* symbolum dedit, *Terent.* Collectam à conuiua exigis, *Cicer* du wilst daß ich auch was darzu gebe. Symbolorum collatores, *Plauto*, die d'häfele zusamen tragen. *Etiã hac vsurpes metaphoricè.*

Hafner / figulus. figularius. faber figulator, fictiliarius, *vet. lex.* Rota figularis, s'rad. Figulina, figlina, figuli officina. officina rotæ, *Plinio*, sein werckstatt. Figlinum, figlinum opus, figlinarum opera, terrena vasa, *Plinio*, hafnerwerck. Exercere figulinas, hafner handwerck treiben. Hafnerladen / crustaria taberna, *à vasis patoriis crustatis dicta, Festo.*

Hafft / fibula, häfftle. Fibulare, *Colum.* Infibulare, *Celso*, einhäfftle. Diffibulare, *Statio*, auffhäfftlen. refibulare, *Martiali.* diloricare, discindere tunicam, *Cicer. Item*, züsamenfüegung / compago. compages. *Item*, nexus, *us*, leibshafft / geldschuld. nexum inire, vmb geldschulden verhafftet vnd eingeschmidt werden. *Item*, hafft der wunden / sutura, *Celso.* plagam suere, der wunden ein hafft geben.

Häfftlgelt / arra. arrabo. arraboni has dedit X L. minas, *Plauto*, fürs häfftlgelt.

in Hafftung legen / *vide in* gefängnuß werffen.

verHafft / illigatus. nexus. illaqueatus. ligatus. vinctus. difficultatibus affectus, mit schweren sachen verhafft. Teneri lege. obstrictus voluptatibus tenetur. Tenetur adstrictus, *in disputando.* Iunctione aliqua tenentur, *Cicer.* sie seyn etwas einander verhafft.

da Haffts / hic nodus est. res habet hoc difficultatis & laboris. delabi in difficultates. wo Haffts? quid impedit? quid in mora? quid obiectum est? quæ res obiecta impedit? *Cicer.*

Häfftig / vehemens. acer. feruens. feruidus. ferox. impetuosus. cor acre. vastitas odoris, *Plinio*, grosser häfftiger

geschmack. neruosus odor. vehemens veroxque natura. incensus. immoderatus. effrenatus. sol nimius. pergrauis. Acriter elatrare, *Horat.* Acriter cauere, h. vermeyden. Irarum sæuos ignes concipere, h. zornig werden. Validissimè cui fauere. Magnopere mirari. Grauiter queri. Districtè minari. Arctè premere. *vide* Fast.

Häfftiger werden / impensius accenduntur certamina, *Liuio*, der kampff wird je häfftiger vnd grimmiger.

Häfftiglich / acriter. acerrimè. vehementer. vehementissimè. contentè. adstrictè. obnixè, nimioperè, *vel* nimio operè. asperè & acerbè accusatus. ingenti vi conflixit. magna contentione actum est in senatu de hoc.

er ist Häfftig dran gewesen / multus in eo fuit, instare & vrgere.

Häfftigkeit / vehementia. impetus. acrimonia. instantia orationis, *Plinio.*

so Häfftig / tam. tantoperè. adeò. tanta contentione. tantis copijs. Quam, quantoperè, wie häfftig.

ein Hag / sepimentum. viua sepes, *Colum.*

verHagen / obsepire. præsepire. dumis, rubis sepire. Hæc omnia quasi sepimento aliquo vallabit, *Cicer.*

Hageich / robur. robor. æsculus. æsculeus, daruon. æsculetum, wald.

Hagapfl / arbutum. vnedo. arbutus, der baum. arbuteus, darauß.

Hagdorn / spina acuta. spina alba. rubus. oxyacantha.

Hagenbuch / ornus. fagus. hagenbüchin. faginus, *i breui.*

Hagel / grando.

es Hagelt / grandinat. Cęlum grandinosum, *Colum.* ort da es gern hagelt. Contudit grando vites, der hagel hat d'reben erschlagen. Verberatæ grandine vineæ, *Horat.* getroffen. Degrandinat, *Ouid.* es hagelt fast. Brumalis grando, winterhagel.

Häger / gracilis summa gracilitas corporis, auß der massen häger.

Hackmesser / falx arboraria, siluatica. arboria falx, *Catoni.*

Hacke / harpago. *pertica ferro adunco præpilata, qua nauis tenetur. Item*, harpago, lupus, *vncus, quo è puteis decidua situla extrahũtur.* Hamus, vnc', fischhacke. Vncus, fibula, häckle. das den boltz auff dem armbrust helt. Vncinus, *mucro sagittæ reflexus. Vide etiam* Büchs.

Häckle / vncinulus. hamulus. es hat ein Häckle / hæret hoc negotium, *Plauto.* præpedimentum obijcitur. obstat.

Häher / cornix frugilega. pica glandaria.

Haid / feld / campus.

Haid / ethnici, gentes, pagani,

ni, nationes. *Appellationis harum caussas adfert Des. Heraldus in Arnobium.* Idololatra, inanium, falsorum, fictorum deorum cultor, venerator, abgötter. Qui nullam Christianæ religionis disciplinam acceperunt. Quos Deus vera sui cognitione non afflauit. Veteres quorum animi densissimis errorum tenebris inuoluti, ea quæ nobis diuinitus affulsit, veritatis luce caruerunt. Tenebris gentilitatis oppressi.

Haickel/ delicatus. fastidiosus. Est fastidij delicatissimi, er ist gar ein haickler gsell.

Hailand/ saluator. seruator. soter.

Hail/ salus. subsidium salutis. seruatrix mea, *Terent.* mein hayl/ mein engel.

Haylen/ mederi. curare. medicari. sanare. curationi opportunus, den man wol haylen kan/ *Vide quoque* Gesund werden.

Haylung/ curatio. sanatio. medicatio, das artznehen. Id malum curationem non recipit, man kans nit haylen. recte procedit curatio.

Haylsam/ salutaris, salubris, salutifer. medicabilis, sanabilis, das zu haylen ist. Herba medicinalis. Salubritas, haylsamkeit/ salubriter, salutariter, haylsamlich.

vnHaylsam/ insanabilis, immedicabilis irremediabilis, *Plinio.*

vnHayl/ *vide* Schad.

zuHaylen/ explere cicatricem, ad planum reducere cicatrices, *Plinio.* Vulnus consanescit, consanauit. Vulnera præsanata, vorgehaylt.

Haillos/ negligens, *Item,* hailloser mensch/ asotus, *Cicer.* homo perditus, profligatus. quisquiliæ, homines nihili, haillose leut.

Haimet/ patria. patrium solum. consors patriæ, auß aim haimet. Domi nobilis, in seim haimet edel.

daHaim/ domi. er ist nicht daHaim/ *vide* nicht Bey jhm selbs seyn. daHaim bleiben/ *vide* Bleiben.

Haimbieten/ domum denunciare.

Haimfallen/ *vide* F.

Haimführen/ adducere. deducere domum, adducere quem ad prandium ad se.

Haimgehn/ domum ire. vadere domum. Domum reditio, domuitio, das haimgehn. Eamus ad me, *Terentio,* lasst vns haimgehn zu mir. Domum se conuertere, recipere. Domos inde discedunt.

Haimkommen/ aduenit domum noctu. domo exulo, *Terent.* ich darff nit haimkommen.

Haimsetzen/ & Haimstellen/ *vide* haimSetzen.

Haimsteur/ *vide* Heuratguet.

Haimbsuechen/ visitare. inuisere. interuisere, ad aliquem

viſere, *Terent.* Viſitatio, das h.ſ. Inuiſitatus, *Fabio*, vnhaimbgeſucht.

Haimbthädigen/ aliquem domum reconciliare, *Plauto.*

Haimb treiben / conijcere quem domum, *Cicer.*

Haimb ziehen/ commigrare in domum ſuam, *Cicer.*

ſich Haimb machen/ capeſſere ſe domum.

Haimiſch/ domeſticus. vernaculus, das ins hauß/haimb gehört. *Item*, zam/ manſuefactus & exculcus. cicur. beluæ miteſcunt, *Liuio*, werden haimiſch. adſueſcere ad homines, & manſuefieri non poſſunt vri, *Cæſari*, wilde ochſen können nit haimiſch werden. Domitores ferarum, die das wild haimiſch machen. Cicurare, *u breui*. Columbi cellares, hamiſche tauben / *Colum.*

geHaimb/ familiaris. perfamiliaris, intimus, gar gehaimb. in geHaimb / *vide* Haimblich halten.

geHaimbnuß / myſterium arcanum. res abditæ.

Haimblich/ arcanus. ſecretus. clandeſtinus. furtiuus. verſtolen. abſconditus, occultus, verborgen. Ab arbitris remotus locus, loca ſola, haimblich ort. Alta mens & placida, h. gemüt. Altum ſilentium, h. ſtillſchweigen. Dolor tacitus. mœſtitia tacita, h. leiden. Mente tacita gerit vulnus, h. im hertzen tragen. Oculuſum odium effundere, haimlichen haß außſtoſſen/ außgieſſen.

Haimblich halten/ occultum habere quid. Arcana pectore fido occulere, *Senec.* Occultare quid. Clauſa habere ſua conſilia. obſcurè ferre quid. celare. contegere. ſecreta tegere. premere. Tecum habeto, laß bey dir bleiben.

Haimblich/ in gehaimb / abditè. occultè. abſconditè. clam. clanculum. tectè. ex occulto. in occulto. latenter. furtiuè. furtim. ſecreto ab alijs. clam me eſt. clandeſtino ſublegere, haimblich verſtehlen. Verberare tacito cogitationis conuitio, einn haimlich im ſinn ſchelten vnd ſchmähen. Tacito affectu lætari, ſich haimblich frewen. Colloquia clandeſtina cum hoſtibus, haimblich geſpräch mit dem feind. Secretum poſcere, begeren mit eim haimblich zu reden. In ſecreto, *Arbitro.*

Haimblichkeit/ ſecretum. intimus es conſilijs noſtris, du waiſt all vnſer haimblichkeit. Alterius arcanum ſcrutari, eins andern haimblichkeit erſuechen. Receſſus mentis, *Perſio*, haimblichkeit deß hertzens.

ſein Haimblichkeit ſagen / öffnen / entdecken / animi ſecreta detegere. Narrare ſtomachum, *Plinio*, ſagen was eim im hertzen ligt. Credere, aperire ſuum animum alicui.

Haimb-

Haimblich gmach/ latrina.

Haingarten / conuenticulum amicorum seu vicinorum. Coitio. Conuentum agunt familiarem, sie seyn im haingarten.

Haintzl/ *vide* Gauckelmänle.

Haiß/feruidus. præferuidus, siedend haiß. Æstas calida, haisser Sommer. Sol acutus, ardens, assus, *Ciceron. assus, quia adest.* haisse Sonn. Dies æstuosissimi. Ardentissimæ diei horæ, wann der tag am haissesten ist. Ius feruens, haisse suppe. Plaga arens, haisses landt. via æstuosa. haisse speiß / cibi ardentes, *Seneca.*

es ist Haiß/calet. dies æstuat. si est calor, *Cicer.* sol feruet, *Gellio.*

Haiß werden/ concalere. incalescere.

sich Haiß vmb was annemmen/ ardere cupiditate alicuius rei. Ardeo studio historiæ. Ardor animi resedit, er nimbt sich nit mehr so haiß drumb an. Studio esse incitato, inflammato ad aliquid. Quo studio incendimur. Omni ope anniti. Hortensij calor multum valebit, weil er sich so haiß drumb annimbt / so wird er wol was außrichten.

einem Haiß machen / ängstigen/ calefacere aliquem. calface hominem. si Parthi vos nihil calfaciunt, *Cicer.* Gabinium ad populum luculenter calefecerat Memmius. Adductus est in summas angustias.

die statt hat ein Haiß pflaster/ incendio annonæ, *Fabio*, ardet, *vel* calet hæc ciuitas, ist alles thewr.

Haiser/ raucus. raua vox, *obtusa & parum sonora.* Raucisonus, das ein haisere rauche stimm hat. Raucitas, *Plin.* rauis, *Plauto*, haisere. Raucire, irrauescere, haiser seyn. Raucere. rauescere. irrauescere, haiser werden. Si paullum irraucuerit. *Priscianus legit*, irrauserit *apud Ciceronem.*

Haischen / *vide* Fordern.

Haissen / iubere. præcipere. edicere. imperare. mandare. Euocare, haissen hinauß gehen. Murmura comprimere voce manuque, *Ouidio*, haissen still seyn. Impera cænam famulo, haiß ein nachtmahl zurichten. Hæc ego procurare & idoneus imperor, & non inuitus, *Horat.* man haisse mich das / vnd ich thus nit vngern.

Haissen/ quî vocaris? wie haissest du? quod est tibi nomen? Reddit eum nomine. er haisst wie der ander / *vide* Nennen & Nam.

es Haisst nit also/ *vide* es ist ein Anders.

geHaiß/ præceptum. iussus. iussum. mandatum. Tuo iussu, te iubente, mandante. tuo mandatu, auß deim gehaiß. Iniussu meo, da ichs nit gehais-

 sen/

sen/ohn mein erlaubnuß. *Vide* einlaute.

vngeHaissen/ iniussus. *a, um*

Haissung GOttes / *vide* Schickung GOttes.

Haitter/hell/serenus. clarus. luminosus. lucidus. illustris sol purus. albescit lux, der tag wird haitter. Dies candidus, clarus. Apricissimo die, *Colum.* Prænitens Luna, apertum cælum. Sudum, haitter wetter. imperturbata lux, *Plinio.* Innubis dies, *Seneca. Vide etiã* Offenbar.

Haitter werden / serena & tranquilla lux redijt. conserenauit, *Liuio*, es ist haitter worden. Serenare, h. machen. Disserenat, *Plin.* es zeucht sich zu eim schönen wetter.

es ist Haitter vnd klar / certum est, claret, res clara est.

Haitzen/ein Haitzen/calefacere. igne focum calefacere. calfacere. calfactare, ignem fornaci subijcere. Fornacarius, *Vlpiano*, einhaitzer. & fornacator, *Papiniano.*

Hacke/ ligo bidens. *item*, securis. securicula, ein häckle.

Hackbanck/ Hackstock / mensa coquinaria. mensa lanionia, *Sueton.* xanium, epixenum, *penult. longa*: epicopanum, *a breui*, *Polluci.*

Hackbret/ sambuca. triquetrum instrumentum.

Hackmesser / cultri incisorij, minutales cultri.

Hacken/ cædere. secare. scorpius icit, der scorpion hackt/ *vide* Karsten.

auffHacken / aperire ferro. das holtz in drey tagen auffhacken/ peragere, conficere, absoluere triduo lignorum cædendorum pensum. Omnia ligna triduo findere, cædere, consecare. Arborum consectio, *Cicer.* das holtz hacken.

sich herauß Hacken/ eniti. explicare se, expedire. excutere se, *Terentio*, vindicare se.

zerHacken / diffindere minute humum, *Columel.* consecare minutatim, *Varroni.*

ein geHäck/minutal. edulium cõcisis minutim carnibus constans. Insitium, *Varr.* & isicium. isitiolum minutum. *Apicio.*

Häl/ lubricus. lubricare, häl vnd schlipfferig machen. Angusta & lubrica viarum, *Tacito*, eng vnd häle weeg.

Häle wort / verba blanda, mollia, byssina, delenifica. illecebræ verborum.

Hälstreichen/ *vide* Schmaichlen

Halb/ dimidius. medius. semis. dimidiatus, in zwey oder ab einander getheilt. *vt*, dimidiatus mensis, halb monat. dimidiata hora, *Plauto.* partes dimidiatæ. Dimidium cochleare, *Apicio.* dimidia pars terræ. Lege Gell. lib. III. cap. XIIII. Altero tanto maior, *Cicer.* halb so groß, ad dimidias coctus ventriculus, *Apicio*, magen auff

halb

halb einkocht. Dimidio carius halb theurer. Dimidio minoris constat, halb wolfailer. Ei dimidium pecuniæ curaui, halbes gelt. Plus media parte, mehr als halber theil. dimidio plus abstulit, mehr als halb. dimidium militum, minus dimidio hostium, & minus dimidium occisum est, *Liuio*, weniger als halber thail. Vix dum dimidium dixeram. *Terent* hab kaum halb außgeredt. Medius annus, medius dies, media nox, media canis, halb jahr/ tag/nacht/hund.

Halb / semi *compositum, vt* semesus, haldgessen. semianimis, & semianimus, halb todt. semiapertus, halb offen. semiassus, halb braten *&c.*

Halb vnd halb / dimidius patrum sit, dimidius plebis, *Liuio.* medium responsum. medius & ambiguus sermo, *Plin.*

Halbieren/ si licet boni dimidium mihi diuidere cum Ioue, *Plaut.*

andert Halb / sesquihora, stund. sesquilibra, pfund. sesquimensis, monat. sesquiopera, *Colum.* tagwerck. sesquipes, schuch. sesquialtera pars, vmb das halb der mehrer theil. sescuncialis crassitudo, *Plinio*, anderthalb daumen dick. sesquiplex. sesquialter.

drittalber/sesquitertius. sesquioctauus, achthalber.

Halben/ per ætatem, alters halben meinet halben/ mea, mei caussa. meo nomine. mei gratia. propter me. per me vel stertas licet, schnarch wie du wilst.

dessen Halben / propter eam caussam. propterea quod. quia ideo quod. ex eo. quod. ob eam rem, quod. propter hanc dubitationem, quod. *vide* Derhalben.

Halbe / cliuus. tumulus è fodina egestus.

Hälben / *vide* Naigen.

Halffter / capistrum. frenare capistro, anlegen. tigres capistratæ, *Ouid.* mit halffter. capistrare. *Plinio.*

Hall/ sonus. sonitus. widerhall / echo. sonus resultans, *Plinio.* pulsati colles clamore resultant, *Virgil.* sie widerhallen. Imago vocis resultat. resultant tecta vocibus, *Plinio.* Resultatio, *vet. lex.* Resonare. resonabilis. resonus. resonans.

erHallen/exsonare, *Arbitro.*

Hallebarten/ bipennis. Hallebardierer/ bipennifer.

Haller/ obolus, *abusiue, qui Græcis longe plus valet.* Ad assē omnia perdere, bey eim haller alles verlieren. redigi ad assem, *Horat.* biß auff ein haller kommen / verderben. sextans assis. nummulus simplus, *seu* minusculus. semissis, drey haller.

Halm / culmus. frumenti calamus. calamus auenæ. stipula, *propriè folium quo vestitur calamus, Seruio teste* geniculum.

nulum, halmknob. das Hälmel ziehen/ sortiri culmo.

der Hals an den geschirren / ceruices, *Arbitro.*

Hals / collum procerum & tenue collum, lang vnd ran. intenta ceruix, außgestreckt. soluta ceruix, hals der seinn kopff nimmer tragen kan. languida ceruix, krafftloß. obstipus, *à longo*, krumm hals. Obstipum caput, & tereti ceruice reflexum, *Cic.* Nudare iugulum. *Arbitro*, den hals blössen. Iugulare, den Hals abstechen. den Hals darstrecken/ dare iugulum. summittere collum. præbere ceruices. ostentare iugulum pro capite alicuius. den Hals nidersich hencken/ petere terram ceruice. detorquere ceruicem ad aliquid. fluit ceruix. Hals würgen/ angere alicuius colla. frangere ceruicē, vmbreiben. Hals abhawen / *vide* ent Haupten.

ab den Hals bringen / à ceruicibus nostris auertit hostem, repulit, depulit, amoliri, amouere aliquem. Ceruicibus publicis hostem depellere. onere vacare, *Fabio.* onere *&c.* subleuatum, leuatum me esse cupio. abiectum onus velim, ich wolt es wär mir ab dem hals.

auff dem Hals haben/ in ceruicibus bellum est. in ceruicibus populi legiones collocare, dem volck kriegsleut auffn hals laden. Impendet ceruicibus gladius.

auff dem Hals ligen/ in quorum ceruicibus stamus, *Curt.* instabat agmen Cæsaris, atque vniuersum imminebat, *Cæsari.* Oneri esse. molestus est conuictor. me premit & vrget. Incumbit mihi. Incumbit humeris meis, *propriè & fortè metaphoricè.* Adhærere. inhærere.

auff den Hals nemmen / vnd tragen/ succollare, *Sueton.* succollantibus seruis. omissa mora succollatus est. imponere in collum, *Plauto.*

mit dem Hals bezahlen/ persoluere pœnas capite.

vber den Hals schicken / in ceruicibus nostris sempiternum dominum imposuistis, *Cicer.* Ratus eam vrbem suis impositam esse ceruicibus, *Curtio.* Quam mihi obtrudit pater, *Terent.*

vom Halß thun / decollare. Quod in tuo collo est, decolles caue, *Ennio.*

Halsband / Halszierd/ monile. segmentum, *Val. Max.* Monile baccatum, mit perlin. Viria, *vel* viriola, *ICtis.* Murænula, *vulgo.*

Halseisen/pranger/ numellæ. columbar. neruus, *quo ceruices & pedes compediuntur.* numellatus, *Isidoro*, numella ligatus.

Halsgoller/ focale, *Fabio*, *quo valetudinarij ceruicem circumdant aduersus aëris & frigoris iniuriam.*

Halsherr/*vide* Tyrann.

Halskapp/ cucullus. cucullatus, *Colum.* ders anhat. Sagum cucullatum, filtzmantel mit einer kappen.

Halsmantel / humerale, *Paulo.*

Halsring/ collaria, *æ*, *Plauto*, für die gefangne. Millus, für d'hund.

Halstuch/ amictorium.

stuck fleisch vom Hals/ collare, *Apicio.*

enge vmb den Hals/ quidquid fauces difficultate spiritus strangulat, *Celso.*

Halszierd/ als bisemknopff/ bulla. bullatus, ders anhat. Torques, guldine ketten. torquatus, ders trägt. In collum præbere pecuniam, *Cicer.* gelt für die h. geben.

Halsen/ circumdare, inijcere brachia collo, *Ouid. vide* vmbfangen.

Halsstärre/ tetanus, *a breui* rigor, *morbus* tetanicus, ders hat.

Halsstärrig/ pertinax. contumax. peruicax. obstinatus claususque. Peruicacia, pertinacia, halsstärrigkeit. Contumaciter, pertinaciter, halsstärrigklich.

haimliche Halt / hinderhut / *vox castrensis*, insidiæ. ponere in insidijs, in ein halt legen was außzuspehen.

Halt/ *aduerbium concedentis.* Enimuero dij nos quasi pilas homines habent, sie haben vns halt für ballen. tantum. tantummodò.

Halt/halt/ mane, mane, *Terent.*

Halten/ tenere. habere. continere. *Item,* laisten/ seruare. præstare. stare promissis, *&c.* obseruare. tenere. retinere. custodire. parere legibus, gesatz halten.

Halten für/*&c.* loco filij habere aliquē, für seinn sohn halten. Colere loco, *vel* in loco parentis. Aliquem mortuum habere, für todt halten. Pro hoste habere. In hostium numero habere. In oratoribus numeratus est. In grege annumerari, vndern gemainen hauffen rechnen. Oratorum in numero est habitus. In numero ponere, reponere. Referre in numerum. In numero proditorum dicuntur. Omne id deputabo in lucro, *Terent.* Adscribere ad numerum. Te in nostrum numerum adgregare soleo. Numerare in bonis, in prauis, für gut/für böß. Inter amicos numerari, für einn freund gehalten werden. Agnoscere, profiteri dominum, für seinn herrn halten.

Halten/ meinen/ recte putas, du haltst recht daruon. De illo vera sentit. Auctore certo stare, sich eins gewisen ansagens halten.

Halten / begehn/ celebrare

conuiuiū. Natalitia dare, seinn geburtstag halten/ oder sich stellen. Agere forum, ein gmeinen rechtstag halten. Conuentus agere, ein landtag h. Exhibere spectaculum, ein spil h. Diem festum agere, concelebrare, ein feyrtag h. Habere supplicationes, gmein gebett h.

Halten/ bey eim ding bleiben/ beharren / in eo quod iudicatum est stare, beym gegebnen vrthl bleiben vnd sich dessen halten. Conseruare iusiurandum. Dissoluere periurium, falschen schwur nicht halten. Ludificari locationem, den gmachten kauff nit h. Conditionibus & conuentis stare, den vertrag vnd zusag h. Liberare fidem suam, colere, præstare fidem, in fide stare, glauben h. conseruare, Pollicita efficere, h. das einer verhaissen.

Halten/fassen/capere.

Haltung / celebratio ludorum, eines spiels. funeraria actio, proceß in einr leich. ad diligentiam legum & obseruantiam reuocentur, *Vlpiano.*

abHalten / auocare. abstrahere, arcere, abtreiben. absterrere, deterrere, abschrecken. dehortari, abmahnen. reuocare. abducere ab instituto. deducere de aliqua re. remouere. detinere. reijcere. dimouere. abripere, auellere, abreissen. Repressor, *Cicer.* der abhaltet. retrahere se à conuiuio, *Celso.*

anHalten/ instare. vrgere. insistere. incumbere in aliquid. sollicitare, mit ernst anh. Auari gnatam deposcit sibi, *Plauto.* er halt vmb sie starck an. Magistratum, *&c.* petere, ambire vmb ein ampt anh.

sich anHalten / inniti aliqua re. niti veritate aut fama. sustinere se & niti spe. sustentare se. Vbi nitar non habeo, ich waiß nicht waran ich mich soll halten.

auffHalten/ detinere. morari. remorari. demorari. retardare. differre, producere, auffziehen. distinere. inhibere. retinere. Moram facere, adferre, inferre moram & impedimentum alicui. Esse in mora alicui. Ventus tenuit nos. Moram supplicio quærere. Pituita medicamentis suspenditur. *Vide* Hindern.

einen auffHalten / attinere. detinere. retinere. detentare. contionibus tenere populum, mit schönen worten das volck auffh. Remorator, remoratrix, der oder die einn auffhält. *vet. lex.*

auffHalten frembde güter / detentores. detentator iniustus. incubator, iniustus possessor. Incubatio, solches auffhalten/ *ICtis.*

auffHaltung/ retentio. dilatio. inhibitio. retardatio.

das thor auffHalten / tenere portam patentem, sustinere.

sich

sich an eim ort auffHalten / complures dies ibi commoratus. Hic ille consistit paullisper. Hærere & commorari in eodem loco, manere in loco. ego in Italia morabor, moram facere.

auffbeHalten / seruare. reseruare. reponere. recondere sepon ere. condere. conditiuus cibus. Conditia cibaria, *Columel.* hindergehaltne speiß auff fürsorg. Frugum conditio, *Cicer.* vorrath deß traids.

auffentHalten / retinere. sustinere sustentare, ernehren.

auffentHalt / adminiculum. adiumentum. fulcimentum, *Plaut.* Conceptaculum, *Plinio.* da sich einer auffhalt.

auffentHaltung / nahrung / alimenta, *plur.*

außHalten / sustinere sumptū, den kosten außh. suppeditare sumptum cui. sumptum haurit ex ærario, suppeditat à socijs, außm gmeinen seckl vnd landssteur helt ers auß. Sumptum facere in ludos, in prandiū &c. sumptum illi dato, halte du jhms auß. *Item*, weren / durare sustinere. *Item*, im singen außhalten. producere, extendere modulorum fines, terminos.

beHalten / retinere tenere. seruare. custodire. cohibere filium, in guter zucht behalten. Continere ciuitatē in officio. Obscurè ferre aliquid, jhm selb was behalten / vnd sich nit lassen merckē. stomachus consistit, *Celso*, der magē behalt die speiß. *Item*, ingedenck seyn / in memoria habere, animo percipere & memoria custodire.

meins beHaltens / vt mea memoria est. quantum memini. si ritè recordor.

beHalter / seruator. custos. *Item*, ort da man was auffbehelt. capsa. theca, repositorium, *Plinio.* armarium. armariolum, *Plaut.*

drauff Halten / æstimare. iudicare. existimare. Magni, parui facere, vil / wenig / &c. *Item*, treiben / vrgere. instare.

darfür Halten / æstimare. iudicare. existimare. sentire. Videtur mihi, ich halt darfür. de quo sic velim statuas.

daruon Halten / *idem.*

entHalten / continere. parcere. est alieni abstinentissimus, er enthalt sich trefflich vor frembdem gut. Nequeo mihi temperare. non queo durare, *Plaut.* ich kan mich länger nicht enth. Vix me contineo. Manus ab aliquo abstinere, sich enth. vnd nit angreiffen. cohibere se. sustinere se. armis abstinere, se cibo abstinere. lacrymas tenere. Continentia, abstinentia, temperantia, enthaltung.

erHalten / seruare. conseruare. tueri. fouere. valetudinem bonam defendere. *Item*, behaupten obtinere. tenere vincere. conseruare, æquitatem con-

constituere, die billichkeit / fœdus ictum obseruare, den bund. iustitiam retinere. Habeóne rem factam, *Plaut.* ist etwas bey dir zu erh. *Item*, nehren/alere. nutrire, mens hominis alitur discendo. sustentare quem suis officijs, mit dienst helffen vnd erh. *vide* entHalten.

erHalter/ conseruator. conseruatrix. conseruatio, erhaltung. *Item*, custodia iustitiæ, der gerechtigkeit. *Item*, alimentum.

fürHalten ein bild/buch/ *&c.* proponere in conspectu, sub conspectu ponere. ante oculos ponere. manum apponere fronti, oculis, ante oculos, *Ouid.* *Item*, auffropffen/ in crimine quid cui ponere, obijcere, obiectare. expostulare cum quo exemplum ponere, ein beyspil fürh. *Item*, fürstellen/repræsentare. subijcere sensibus. exhibere. actio fabulæ, exhibitio, *Gell.* das fürhalten. *Item*, fürbringen/ ferre ad populum. rem in medio proponere. propositio. ad audientes proferre.

für einen Halten / *Vide supra* Halten für.

herHalten / eandem pœnam ego subibo & sustinebo, ich wil herhalten. quamuis excipere fortunam. Subire atque excipere tela. vim subire atque iniuriam malui, quam *&c.* hab lieber selbst herhalten wöllen / als/ *&c.* Licet omnia in me pericula impendeant, succurram atque subibo. sine motu præbuit, *Curt.* hat steiff hergehalten.

hinHalten / porrigere. exporrigere.

hinder Halten/ haimlich Halten / supprimere. comprimere frumentum. interuertere. Liber fecit abortum, *Plin.* d' buech hinderhalt ich / laß nicht herfür kommen. *Item*, cessare. cessatio. *vide etiam* auffbeHalten.

hinderHalt/insidiæ.

hindersichHalten/ reprimere. comprimere.

höherHalten / anteferre. anteponere. præferre. præponere.

hochHalten/ *vide* hochAchten.

jnHalt/ *vide post* beGreiffen.

in sich Halten / continere se. reprimere impetum. cohibere & continere temeritatem.

sich jnnen Halten/ *Idem* *Item* continere se domi.

mitHalten / assentire & assentiri. consentire. subscribere. suffragari. adstipulari. Facere cum, ab aliquo. Facere cum quo & idem sentire. Facio tecum, vobiscum, ich halts mit dir/mit euch. Cum aliquo stare, sentire, stare à mendacio, mit der lugen halten. vna sentire. concordare. conspirare. inter se congruunt, *Terent.* sie haltens mit einander. Mihi cum illo conuenit. Acclinant se ad caussam senatus, *Liuio.* coniuncti inter se atque implicati.

caus-

caussa mea coniuncta est cum tua. Meum consilium cum tuo coniunctum est.

nit Halten/ fidem frangere, fallere. fallere promissum. non implere promissum. in fide non stare. stat parum fides apud eum, *Plauto*, er hält nicht fast was er redt / &c. fidem mutare, destituere studia alicuius, schuldige pflicht an eim nit halten.

ob eim Halten/ intendere alicui rei, *Plinio*. Ad id vnum omnes cogitationes intendit, *Liuio*. Est ei magnæ curæ. In his studijs nobis omnis opera & cura ponenda est.

sich Halten/ qualem te præbuisti, talem te nobis exhibeas, wie du dich hast verhalten/ also verhalte dich gegen vns. Æquum se cui præbere, sich gegen eim halten das recht ist. Gerere se pro ciue. Ita nos gerimus, vt. Quo in munere ita se tractauit, vt, *Cicer.* Præstare eum, qui. Non principem se, sed ministrum egit, *Sueton.* se pro equite Rom, egit. In hac re strenuum hominem præbuit, *Terent.* in diser sach hat er sich dapffer vnd redlich gehalten.

sich ein Halten / aram tenere, sich am Altar einhalten. tenere aliquem, apprehendere. prensare manu aliquid.

sich wol Halten/ valde se honestè gerit, *Cicer.* se sanctissimè gerere. In repub. se excellenter gerere. rem optimè gerere. strenuè facere, *Liuio*.

sich vbel Halten / turpissimè se gerere. gerere se perditè, auff ein end vbel. malè gerere negotium.

einen vbel Halten/ aliquem tractare acerbius, durius, malè, improbè, improbissimè, sceleratissimè, wie einn bößwicht/ insidiosissimè, wie einn feind/ asperè, härt/ crudeliter, grausam mit eim vmbgehn/ sceleratè, nefariè, subcontumeliosè, zimblich spöttlich. vexare aliquem. iniuriosè tractare, vnbillich.

einen wol Halten/ tractare liberaliter, ornare, herzlich. humaniter tractare, curare molliter, *Terent.* liberaliter aliquem habere, *Liuio.* accipere honorificentissimè & liberalissimè tractari.

vil von eim Halten / magni facere, æstimare. magno æstimare.

wenig daruon Halten/ parui facere. non magno æstimare.

verHalten/ reprimere. supprimere. retinere. continere. animam comprimere, den athm. *Item*, verbergen/ celare. abscondere. occulere. occultare. clam aliquem quid habere, sententiam suam tegere, tacitum dolorem continere, das haimlich leiden verhalten. pauor clausus, verhaltne forcht/ da einr nit dergleichen thut als förcht er jhm.

sich verHalten / *vide* sich Halten.

vnder Halten/ *vide* Rehren. *item*, supponere. subijcere.

von eim ding Halten / *vide supra* darauff Halten.

vorbeHalten / excipere. eximere. seponere sibi tempus ad rem aliquam, zeit vnd weil jhm vorbeHalten was zu thun. Recipere, *Cicer.* Id faciam hac exceptione vsus, wil diß thun mit disem vorbehalten. Receptitius, *Gellio*, das vorbehalten.

wider Halten/ obniti. obfirmare arbor resistit ventis.

zuHalten/ adiuuare. adsistere. *vide supra* mit Halten.

zubeHalten geben / deponere quid apud quem. depositum, hinderlag.

zuruck Halten/inhibere. *vide supra* ab Halten.

zusamen Halten / cohibere. continere. *Item*, mithalten. conspirare nobiscum, consentire cum bonis. Illorũ consensus ad liberandam remp. conspirauit. Hæc conspiratio & concordia omnium ordinum ad defendendam libertatem est facta. Conspiratio consensusque virtutũ.

Hamester / hamester. cricetus, *genus muris*.

Ham̃/ ein schweininer schẽckl/ perna, vorderst hamme. petaso, die hinderst. Petasunculus, *diminut. Iuuen.*

Hammel / veruex. aries castratus.

Hammer/ malleus. malleolus, hämmerle. Marculus, *Martiali*, schmidhammer. Malleorum rostra, *Plinio*, der spitz am hammer.

-fauſt oder ſtreitt Hammer/ cestra. Amazonia securis.

höltzin Hammer/tudes, *Festo*. mateola, *Catoni de re rust.* ziffer gar zu groß. *cap*. XLV. malleolo aut mateola adigito, schlags hinein.

Hammerschmid / malleator, *Martiali*. mit Hammer geschlagen/ malleatus. libri malleati. *Vlpiano*, geschlagne bücher.

Hamster/ viuerra.

Han / gallus. gallus gallinaceus. iubæ gallinaceorum, dern halßfedern. Grygallus, grygelhan. Vrogallus, vhrhan. Vrogallus minor, laubhan

Hanengeschrey / gallorum cantus. gallicinium. noctis gallicinio, *Apul.* Cucurrire solet gallus, *auct. philom.* Hänle / pullaster, *Varroni* der Han auff seim mist / gallum in suo sterquilinio plurimum posse, *Seneca*. *Item*, der Han ann fassen vnd andern geschirren / pippe/ epistomium. versare, vmbreiben. obturare vas, zureiben. *Item*, der Han auff der kirchen oder gebäw/ wetterhan. Triton. bractea. pinnaculum pyramides. metæ, petala, *orum*. penuncelli, gyroilli. ventorum index.

doller Han/ insolens, magnificus, ferox, Thraso.

Hand/

Hand/ manus. incisuræ manuum, *Plinio*, d'linien drinn. Manutius, *vel* manutus, *Isidoro*, der grosse händ hat. Mancus, vnimanus, ainhändig. Dextera, dextra, rechte hand Læua, sinistra, lincke. Palmus zwerchhand/ handbrait. quadrans pedis.

flache Hand / palma. plana palma palmare vestigium, *Fabio*, mit flacher hand eintrucken. Palmatus paries, wand darein d'hand getruckt. Mantiola, *Nauio*, händle. mantiolæ tenellæ, *Gellio*, zarte händle.

Handarbeit / opera, *a*, æs manuarium, *Gellio*, gelt mit der hand gewinnen. Handbeck / malluuium. peluis. pollubrum. Handboge / arcus. Handband/ manica. Handbüchlein/ enchiridion. Handbüchs/stlopus *vel* sclopus. manuarium tormentū. Handbüschelein / manipulus. Hand Gottes/*vide* der Schlag. Handhab/ hefft / manubrium. capulus. ansa. am geschirr. Hand auff der hüfft / ansatum incedere, *Plauto*, sich spreitzen. Hand an hand / drein schlagen/ conferre dextras. manus conserere.

Hand anlegen/ manum inijcere. afferre manus sibi ipsi. Inferre manus alicui. Inferre vim & manus cui. manus violenter afferre socio. Manum alicui rei admouere, adhibere, zugreiffen.

Hand auffrecken / manus tendere. manus ad cælum tollere.

Hand bieten/dare dexteram. porrigere manus. tendere dexteram, manus.

Hand darreichen/ *idem*.

Handraich vnd hilff thun/ fidem & dexteram porrigere. ferre opem & salutem. *vide* Helffen.

Handfest / nauus. indomitus.

Hand fürwerffen/ opposita ad oculos manu, *Sueton*. opponere, obijcere manum.

Handgreifflich / manu tenere dolos alicuius. Exploratos habere. Indicia mortis se comperisse manifesto, & manu tenere dixit, vt res prope manu tentari possit. Handgriff/dexteritas.

Handhaben / *vide* beSchützen/ *&* erHalten. Iustitiæ tenax, handhaber der gerechtigkeit.

Handhafft / firmus accusator.

Hand inn buesen schieben/ insinuare manus, *Hermolao*. Semper manum, quod aiunt, habent sub pallio: semper manum intra pallium continentes, *Fabio, id est, languent otio*. Inserere manum tunicis, *Ouid*.

Handklopffen / mit Händen zusamen klopffen / plaudere complodere manus. manibus plaudere.

Handlos/ mancus.

Handsam / tractabilis. vnHandsam/intractabilis, immansuetus, wild/rauch.

Handschrifft/syngrapha, *scriptura fidem obfirmans & contestans*. Tabulæ, *cautiones nominum factorum*. Syngraphum. Chirographum, *quo debitor creditori debitum profitetur*. Symbolum. Apocha; accepti latio, *Vlpiano, qua creditor testatur sibi satisfactum à debitore*, quitantz / Chirographarius debitor, schuldner / der eim vmb gelyhen gelt sein aigne handschrifft gibt. Creditor chirographarius, glaubiger / der vmb sein schuld nichts dann ein handschrifft hat.

aigne Handschrifft / mea manu scribo. mea manu litteras exspectabis. epistola eius manu scripta. hæc ad te mea manu. litteræ autographæ, *Sueton.* autographum.

Handschuech / chiroteca, *vulgo*. Manibæ, *Plin. vt*, cuius manus hieme manicis muniebantur. Manus tectæ manicis, *eidem*. Manicatus, ders anhat. Digitalia. digitis nudis legere oleas, mit blossen händen / cum digitalibus, *Varroni*, inn händschuechen. Digitalium, *vel* manicarum artifex. manicarius, handschuechmacher.

Handstraich thun / fidem sancire dextrâ.

Handvoll / Pugillaris. *Iuuenali*. saxa manualia, handvöllige stain. Manualis fasciculus lini, *Plinio*, büschel flachs / so vil man in ainer hand fassen kan. Paruula manus peditum, *Brutus ad Cicer.* hand voll fueßknecht.

Handwerck / artificium. opificium, fabriles operæ, das werck. Artem factitare, exercere artem, artificium, fabrilibus operibus exerceri, handwerck treiben. Handwercksman / opifex. artifex. operarius. sedentarius. sellularius. mechanicus. machinarius, ein künstlicher h. Operæ mercenariæ, handwercksleut. Artifices serui, *ICtis*. handwercks gsellen. Eius operarius in fabrili officina fuit, *Polloni*, er ist sein handwercks gsell gewesen im laden. ein Handwerck machen außm trincken / *&c*. velut artem potandi factitare, adsciscere consuetudinem bibendi.

Handzwel / mantile. mantelium, *Varroni* mantela, *vet. lex*.

Hand abschneiden / emancare. gaudeo me non omnes emancasse, *Labienus apud Senecam*.

Hand vber einn zucken / intentare manus alicui, & in aliquem. intenderat illi manus, *Tacito*. palmarum intentus, das zucken.

Hand vmbkehren / manum non verterim, ich wolt nicht d' hand drumb vmbkehren.

an der Hand führen / ducere manu.

an der Hand seyn / sub manu esse. habere ad manum centuriones, haben / *Tacito*. Quod cocti ad manum fuit cibi, *Liuio*, illis ad manum supplementum est, sie könden gleich andere Soldaten dran setzen.

auff den Händen tragen / in manibus habere. fouere. osculari. amplexari.

auß der Hand lassen / dimittere. è *vel* de manibus. emittere de manibus. Omissa de manibus res est, *Liuio*, Caussa elapsa de manibus.

auß der Hand legen / ponere de manibus.

auß der Hand reissen / de manibus extorquere.

auß der Hand stellen / *vide* haim Setzen.

bayden Handen / ambidexter, æquimanus, *Ausonio. Item.* xiphomachæra, romphæa.

behandigen / in manus dare, tradere.

einhändigen / *idem*.

bey der Hand bestätten / fidem sancire dextrâ. Ducere manu, führen.

bey der Hand nemmen / apprehendere manu, *Plauto*. correptum manibus tenere, *Virgil.*

es gehet alles durch seine Händ / omnia eius consilio administrantur. omnia solus agit, gerit, procurat. In manu eius sunt omnia. In manibus habet omnem administrationem.

es gehet jhm wol von der Hand / lepidè hoc succedit sub manus negotium, *Plaut.* res rectè sub manus succedit.

für d'Hand nemmen / admouere manus alicui rei. *vide infrà* zu Handen nemmen.

in der Hand haben / tenere in manu. retinere manu. dextra præferre facem, *dictum de signo seu statua apud Ciceron.* Victoria in manibus est, *Liuio, facilis in promptu*.

in d'Hand geben / dare in manum milites. in manus dare. præ manu pecuniam dare, in d'Hand hinein / *Terent.*

in d'Hand nemmen / in manu sumere.

in einander gschlossne Händ / implexis manibus, *Seneca.*

mit Händen gemacht / manu factus.

mit Händ vnd füssen / manibus pedibúsque.

mit außgespannten Händen / passis manibus. supinis manibus. Cælo supinas si tuleris manus, *Horat.* supinas manus ad cælum tendere. *Virgil.*

mit langer Hand / pro commoditate. Manu longa tradere pecuniam, *Iaboleno*, *spe*, *nondum re dare.*

mit lären Händen / excussis manibus, *Seneca.*

mit der Hand ans Maul greiffen / apponere manum ad os. *Cælius Ciceroni.*

vber Hand nemmen / inualescere. inualuit consuetudo. quotidie magis inualescit. Robur ac firmitatem acquirere. Inueterauit hæc opinio. Hanc inueterascere consuetudinem nolint, *Cæsari. Vide* Wachsen & zu Nemmen.

vndern Händen / sub manu consilium nascitur, *Senecæ.*

vnder einsen Hand oder gwalt seyn / esse sub manu, sub imperio, sub potestate. alicui mancipatum esse. Tibi id in manu est, ne fiat. *Terent.* quibus est ea res in manu, *Plaut.*

vnder den Händen / inter manus auferri, in manibus vnder Händen haben / in manibus habere. Ante oculos interque manus, sunt omnia vestra, *Virgil.*

von Handen geben / lassen / emancipare. emancipatus, den man selb lasst herr seyn.

von freyer Hand streitten / manibus prœlium facere, *Salust.* ain Mann an den andern.

von der Hand / acetum à manu, sine coctura, crudum, *Apicio.*

von Hand zu hand / de manu in manum *Cicer.* per manus tradere. Abripite hunc inter manus, *Plauto.* de muris per manus demissi.

vor Handen / res est in manibus. habeo opus magnum in manibus. est in manibus omnium. ad manum est. Cum tantum belli in manib᷒ esset. Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit præ manibus, *Plauto.*

zu Handen stellen / in manus dare, tradere.

zu Handen kommen / in manus incidere. quæ in manus meas venerunt. quod cuique ad manum venisset, *Liuio.* Miseret me, tantum deuenisse ad eum mali.

zu Handen nemmen / capessere. suscipere. pertentare. inceptos reuocare labores

zu Handen stossen / in manus venire. euenire.

Handel / *vide* Kauffmanschafft.

Handelsmann / negotiator ærarius, ferrarius, vinarius, mit Ertz / Eysen / Wein / *&c.* Dardanarius, cociator, arillator, *vet. lex.*

Handel / Sach / negotium. res. caussa. caussula, händele. Absoluta causa, richtiger handel. Attinet ad rem, es dient zum handel. Suscipere actionem, ein handel auff sich nemmen. Dicere caussam, ein handel fürlegen. Indormire causæ, ein h. liederlich führen. Causam labefactare, den handel ärger machen.

böser Handel / turpis caussa, non iusta, mala caussa non præclarissima, nicht nach dem besten. Caussâ laborare, bösen handel haben.

guter Handel / caussa æqua, æquissima, bona, optima, iusta,

cta, idonea facilis atque explicata.

loser Handel / peruersa res. quid peruersius, quid intolerabilius? *Cicer.* negotium turbulentum, turbulentissimæ res.

einn Handel anfangen / negotium suscipere, instituere. Quid moues, turbas, moliris, quas turbas excitas? was hebst du für händel an? Quæ illæc turba est apud forum? *Terent.*

der gern Händel anfacht / procax in lacessendo. *Cicer.* Seditiosus ciuis & turbulentus. insedatus. perturbator. sutelosus, *vet. lex.* Excitare, concire turbas, händel anrichten.

also steht der Handel / ita negotium est. ita se res habet. in hoc statu, loco res est. hic est rei status, conditio. in ea caussa res est.

den Handel hinauß bringen / trāsigere susceptum negotium.

den Handel führen / agere caussam. arripere patrocinium caussæ, suscipere. patrocinari alicui, *Fabio.* Petitor, actor, petitrix der ein handel führt.

den handel verliehren / cadere caussa. litem amittere, caussam perdere. perdere intentionem, *Vlpiano.*

vom Handel abstehen vnd gewunnen geben / tradere caussam aduersarijs.

Handlen / offt anrühren / pertractare. attrectare. contrectare. *item*, thun / tractare, agere, priscè agere, noch altem Brauch grāuiter, seuere agere, ernstlich aliquid gerere, versare.

abHandlen / pertractare, agere, conferre cum aliquo.

außHandlen / arguere. vehementer accipere reprehendere. increpare. redarguere. verbis castigare. insectari. asperiùs appellare.

mißHandlen / offendere. peccare. Crimen, culpa, peccatum, mißhandlung. noxa capitalis, straffwürdig.

verHandlen / nundinari. vendere., *&c.*

vnderHandlen / transigere. vnderHandler / arbiter. disceptator. transactor. proxeneta. compromissarius, *ICtis.* intercessor, pararius, *Senecæ.* mediator, *Apul.* consiliator in contractibus.

Handlung / pertractatio. tractatus. actus. negotium. acta, *orum.*

Handthieren / negotiari. consectari aliquem, mit eim handthieren / *vide* Gewerb treiben.

Handtlich / *vide* Dapffer.

Hanff / canabis, *&* cannabis. Funis cannabinus, *i breui.* manipulus canabeus, hänfe Sail / hanffbüschel. Laqueo dependere, *Liuio*, durch ein hänfes Fenster sehen.

Hanff für d'Vögel / semen cannabis.

Hangen / pendêre. incumbere,

bere suspensum esse Fistula de collo pendet. Demissæ aures, **hangende ohren.** Loca pendula, **hangende gähe orth.** Niueus lapis deducit aures, *Seneca*, **es hangt ein perle an ohren.**

Hangender Wagen / pensile vehiculum. pilentum.

anHangen/ adhærere. adhærescere. inhærere. inhærescere. hærere. inhærere voluptatibus.

an eim Hangen / ex aliquo pendêre. Ex vnius tua, vita pendet omnium. Fixus apud nos est animus tuus, *Plaut.* **du bist in vnseren Hertzen angebachen.** Apud aliquem, *vel* alicui hærere, **nit von jhm weichen.** Aliunde pendere, **anderer leuth zu gnaden leben.** Sectator, assectator, confectator, assecla, **den eim anHangt.**

er hats lassen anHangen/ *vide* **auffSchieben.**

anHang / zusatz / appendix. additamentum. corollarium. *item*, **rott/** secta. factio.

beHangen/ hærere. hæret hæc res, *Plaut.* **man behangt/ d'Sach steht im zweiffel.** Adhærescere ad saxum. Oratio eius nunquam adhærescebat, **in der predig/** *&c.* **war er nie behangen/ bestanden.**

erHangen werden / *vide* **Hencken.**

es Hengt an/ *&c.* in eius animo insedit. infixus eius in animo. innatum ei. innatum atque insitum.

an einander Hangē/ coniungi componi. Omnes inter se virtutes nexæ & iugatæ sunt. Rerum caussæ aliæ ex alijs aptæ. inter se apta colligataq;. Continens, continuus. Non cohærent, nō cohæret, **es reimbt sich nit.** Catenario, concatenario, *in notis Tironis & Senecæ.* Insistere inuicem nequeunt, *Fabio.*

fürauß Hangen/ propendere. prominere. Præpendens, prætentus, **das fürhangt.**

für Hang / velum. velarium. velamen. peristroma, *atis.* peripetasma, *atis*, *Cicer.* Siparium, **in den spiren oder comedi.**

hinab Hangen / dependere.

hinüber Hangen / impendere.

vmb Hang / conopeum. **gezelt ob eim beth.** *vide* **Fürhang.**

Hans in allen gassen/ ardelio. homo inquies.

Hans vnfleiß / Vcalegon, *ontis*, *Virgil.* *ὐκ ἀλέγον, non curans.*

Häntig/ *vide* **Bitter.**

Haar/ *vide* **Flachs.**

Haar/ coma. crinis. capillus. capillitium, capillamentum, **das gehär.** Cæsaries, **haar das man abschneidt.** Lanugo, flos, *pilorum ad tempora eruptio*, **gauchhaar.** Crinium præsegmina, **die stümpff.** Iubæ, **halshaar ann thieren.** Accessi crines, **abschnitten haar.** Libera nodo coma, **auffgeflochten.** Coma intonsa, **vnabgeschnitten / lang /** intonsus. Præcincti flore capilli,

pilli, harr mit eim krantz. Crines auro certantes, auro similes, wie gold. Flaua cæsaries, rutilatæ comæ, *Linio*, gelb. Compositus capillus, gesträlet. Collectus in nodum capillus, plexus, nexæ, connexæ comæ, eingeflochten. Asperi capilli, hert/ rauch. capillatus. Hircipilus, *onomast.* rauch von haaren. Horrida cæsaries, scheutzlich. Decora cæsaries, repexa culta. coma, schön lang. Horrens capillus, gestroblet. Capillus horridus, hirsutus, wild. Cæsariatus, capillatus, mit eim grossen haar. Passi crines, cæsaries lacera, effusæ comæ, capillus passus, sparsi per colla capilli, resolutus capillus, fliegend zerthon vnd außgebrait t. Nulla lege iacens coma, capillus intricatus, neglectus, incomptus, inornatus, positi sine lege capilli. tricæ, verwirrt. Cani, graw haar/ *vide* S. Atricapillus, *vet. gloss.* schwartzhaaret. Vide, Cæsaries quam decet? *Plauto.* siche doch/ wie hat er so schönes haar?

krauß haar/ *vide in* K.

Haarlocken / cincinnorum fimbriæ, *Cicer.* Si quid ex iuba decisum est, *Seneca.* Crobylus, *virorum.* scorpius *puerorum.* antiæ, *muliebres capilli demissi in frontem, Festo.* Vibratus capillus, *Plinio.* Haarzopff/ cirrus. suggestus comæ, *Statio.* cirriatus, *Persio,* dern hat.

lang Haar / demissi capilli. promissa cæsaries. immissi per humerum vtrumque capilli. longæ comæ.

falsch / gemacht Haar / coma adoptiua, adscititia. corymbiū, *Arbitro.* galericulum. subtile capillamentum, *Tertullian.*

zum Haar gehörig / crinalis. capillaceus. capillaris

außfallend Haar/ capillorum defluuium, *vel* profluuium, capillus defluit, *Seneca.* fluentes capillos retinet brassica, *Plinio.*

Haar abschneiden / resecare capillos. comas tondere. Auffbinden / cogere nodo comas. crinem nodo cohibere, auffknüpffen. attollere, auffrichten. Aufflösen / soluere. expedire. Auff d'seiten streichen/ obliquare crinem *Tacit.* Außrauffen/ vellere pilos, lacerare. rumpere capillos, capillum sibi euellere. depilare, pilare *i correpto.* ipsam capillo conscidit, *Terent.* Büssen/ crinem, capillum comere, componere, concinnare. concinnator capillorum, *Columel.* ders bűfft. capillus arte compositus, *Gellio*, gebűffts haar. Derzausen/ capillo quem conscindere. capillos laniare, lacerare, dijcere, turbare. Flechten/ capillum plectere, nodare, fingere comas. Fliegen lassen/ laxè capillos iacere, diffundere comas. Geht auff d'achsel / inuolitant humeris comæ. sparsus humeris capillus. immissi per humerum vtrumque capilli,

pilli, *Ouidio*. **Geht gen berg** / horror comas erexit. steterunt comæ, horripilatur, *vet. glossar.* **Lassen** / feli pili fluunt, defluunt, felis est pilis sequacibus, **die Katz lasst haar.** *Item, metaphoricè*, labascere. vinci. herbam dare, porrigere. concedere, dare, dedere manus. Turpe est viro debilitari, dolore frangi, succumbere, *Cicer.* **Lassen wachsen** / nutrire comas. submittere crinem. frequens pilus nascitur, *Celso.* infantibus illita capillum alunt, *Plinio*, **machen / daß s'haar wachst.** capillum ac barbam promittere, *Liuio* **Richten** / comere, pectere cæsariem. ponere comas horrentes. læuis coma pectine, **gesträlet.**

beym Haar nemen / capillo rapere. capillo me de curru deripit, *Plauto.* **er zeucht mich beym haar außm wagen.** petere capillos vnguibus. raptare comis. implicare manu comam. capillo protrahere in viam.

ins Haar fallen / in capillum inuolare, *Terentio.*

Haarband / crinale. tænia. spira. **ein perlin haarband.**

Haarhaube / capillare. Vitta crinalis. reticulum capillare, vittati capilli, **haar in der haube.** vincire capillos vitta, *Senec.*

Haarloß / depilis. glaber. glabrio, *onis.*, glabrum reddere **machen.**

Haarnadel zum krausen / calamistrum. acus. calamistrata coma, **haar damit kraust. Haarnadel für d'schaittel** / discriminale. discerniculum. acus. acus crinalis. crinale. focale.

Haartig / crinitus. pilosus. capillatus. criniger. comatus. **Haarechtig** / hirsutus. hispidus. hirtus. crinis hirtus, **rauch** / **herts haar.**

ich geb nit ein Haar drumb / pili non facio.

er hat nit ein Haar von eim redlichen Mann / viri boni pilum non habet, *Cicer.*

einander im Haar ligen / *vide* **Rauffen.**

Härin klaid / cilicium. setosum cingulum. setis hirsuta vestis. rigidis setis horrens indusium:

Haarstrich in cristallen vnd dergleichen / capillamentum.

Haarwachs / tendo, *inis.*

Häring / halex. Harengus, haringus, heringus. *ita vocant, donec propria, si fortè vox inueniatur. est ex thrissarum genere.* Halex conditanea, muriatica, macerata, **roch / oder pickelhäring.**

Harn / vrina. lotium. mictum, *vet. lex.*

Harnen / meiere. facere vrinam, *Colum.* reddere vrinam, *Plino.* soluere vrinam. exonerare. leuare vesicam. Micturire, **harnen wöllen.** vrina prorumpit, **scheußt mit gwalt.** Difficulter vrinam reddere. paullaim, interdum etiam sine voluntate destil-

destillat vrina, geht ein wenig oder von jhm selbs. Sanguis cum ea excernitur, Blut geht mit. Plus humoris excernitur, quam assumitur, gehet mehr wasser als man getruncken. Iter vrinæ collapsum est, ist verfallen/besteht. Quibus lotium ægrè it, quibus substillum est, *Catoni*. denens vngern gehet. Præfandi humoris è corpore effluuium. *Quod in fundum vasis descendit vocant medici* vrinæ sedimentum, *à subsidendo*, was sich im harn gesetzt.

Harn treiben/ machen/ciere, citare, concitare, excitare, expellere, impellere, mouere, pellere. trahit vrinas hæc herba, bringt. Vrinam hoc supprimit, stellt tardat, halt auff. Vrina non excedit, geht nit. profluit, geht gern. Angustiæ vrinæ, wañs vbel oder nit recht geht. Vrinæ incontinentia, *Plinio*, wann man nit behalten kan.

Harnwind / vrinæ difficultas. substillum, *Catoni*. vesicæ morbus stranguria, *Cicer*. Vrinæ stillicidium, cum stillatim lotium redditur, *citra dolorem*. dysuria, *cum magno cruciatu*, harnwinde. ischuria, lotij retentio, suppressio, auffhaltung/ verstopffung deß Harns. Submeiulus, *Isidoro*, der ins Beth brunlet. Comminxit lectum potus, *Horatio*.

Harnglas / matella, *Plinio*. matellio, *Varroni*.

Harnisch / cataphracta, *æ*, *Vegetio*. Brustharnisch/ lorica. pectorale. thorax ferreus. thorax æneus. loricatus, thoracatus, durmit angethan. Clibanus, *ferreum thoracem, quo pectus tegitur, significat ICtis*. Tibialia ferrea, knieh. Humerale ferreum, ruckh Harnischklaid/ sagum, sagulum, vber den Harnisch Harnischfeger/ polio. politor. Harnischkammer / armamentarium. Harnischmacher / *vide* Plattner / *vide quoque* Kürisser.

im Harnisch seyn / esse in armis. *vide* Zorn.

Harpff / lyra. lyram pulsare, pellere, percutere, mouere, schlagen. Lyricen, fidicen lyræ, harpffenist. Sambucistria, sambucina, *Liuio*, harpffenschlagerin. Lyricus, darzu dienlich.

Harren/ *vide* Warten. beHarren / commorari. manere. permanare. morari. *Item*, beständig seyn / perseuerare. durare. perdurare. persistere. perstare. Perseuerantia, constantia, be Harrlichkeit. *Item*, das an einander wert / continuatio, continuitas, perpetuitas. beHarrlich / perseueranter. constanter. firmiter, steiff.

Hart / *vide* Hert. es geht Hart herein/ *vide* Schwerlich.

Hartneckig / *vide* Halßstärrig.

Hartz/ resina, *i longo non breui imperitorum*. Resinaceus, *Pli-*

Plinio, im gleich. Resinosus, voll hartz / *Plinio*. Resinatus, gehartzt.

Has / lepus. lepusculus, häsle. der has setzt oder legert sich / subsistit, auffart vnd fortlaufft / fugit, currit, er laufft auß dem läger / è latebra procurrit. pedes, lauff oder bickel. poplitum ossicula, sprung. Pellis leporina, hasenbalg. Leporinus, häsin. leporinum lac, *Varr.* hasenmilch. Claua, *baculus, quo cuniculos necant*, hasenkneppl.

er Haschen / *vide* er Tappen.

Hasengayer / valeria, fuluia, leporaria.

Hasenscharten / leporinum labrum. Lagochilus, *i longo, non male fictum à quodam.*

ein Haß / *vide* Forchtsam.

Haselhun / tarda auis. attagen. bonosa. gallina corylorum, attagena.

Haselnuß / *vide in* N.

Haselstaud / corylus. coryletum, ort da sie wachsen.

Hasenörle / itria, *orum, placentarum genus pratenuè, facileque fragile.*

Haspel / girgillus. rhombus. *Item*, ciccula, *machina seu instrumentum tractorium.* Fila legere, deuoluere. deducere girgillo *seu* rhombo, hasplen / abhasplen. Conuoluere fila, auffhasplen.

er hat ein Haspel gemacht / turbauit negotium. rem implicauit. Res intricata, perturbarum negotium, ein seltzamer Haspl.

Haß / neyd / odium. simultas. haimlicher haß. grosser Haß / odium acerbum, acerbissimum, acre. acerrimum, capitale, auff den todt / hostile, todtfeind / immane & crudele, infestum, nachsetzend. magnum, maximum, ieiunum, inexplebile, insatiabile, vnersättlich.

jnnerster Haß / inustum odium mentibus eos tenebat. Odium insitum penitus, & inustum animis hominum. den Haß herauß lassen / odium effundere. omne odium in me profudistis. den Haß ablegen / simultates quas mecum habebat, deposuit. odium deponere. oblitterare. ponere, gnug Hassen / dem Haß ein gnüegen thun / explere odium, saturare. dolorem exsaturare. den Haß verschlücken / odia absorbere & concoquere. compresso odio atque tacito, verbissen. der Haß lasst nach / odia detumescunt, *Arbitro.*

Haß vnd neyd tragen / odisse. inimicum esse. simultates exercere cum quo. esse in simultate cum altero, *Nepoti.* æmulationem inter se exercere, *Tacito.*

Hassen / gram seyn / odisse. tecepit odium alicuius rei, in aliquem. odium me tenet. odium in aliquem concipere. auersissimo à me animo est. habere odio

odio. odio prosequi. **fast Hassen**/ malè odisse quem. acerbè & penitus odisse. æstuare inuidia. ardere odio alterius. flagrare odio. Hunc odi ac detestor. exsecrari. odisse atque angues, *Plauto*. Osor, **der hasset**.

ge Hässig/ infensus, inimicus. infestus. Inimicum esse, **seyn**. animo inimico, hostili, auerso, alieno, infenso esse, *vide proximè supra* **Hassen**.

ver Haßt/ odiosus. exosus. infestus. inuisus. **ver Haßt seyn**/ odium alterius subire. odiosum esse. Habere inuidiam, nonnullam, maximam, minus inuidiæ. Laborat ex inuidia. res est in inuidia. Es odium publicum populi, **du bist bey jederman verhaßt**/ inuisus. infestúsque plebi, *Liuio*.

ver Haßt machen/ in odium vocare. in inuidiam adducere, trahere. capere. odium in alios struere. infamem inuisúmque plebi fecit, *Liuio*. inuisum intolerandúmq; facere. Inuidiam crudelitatis ex aliquo colligere. inuidiam alicui facere. quærere in alterum inuidiam.

ver Haßt werden/ incurrere in odium & infensionem. In maximum odium peruenire. odiū apud omnes adeptus, *Tacito*. in odium offensionémque irruere. odium alicuius subire.

auß Haß/ ductus odio. elatus odio, plura dixit, iudicare odio & inuidia.

Hässigklich/ odiosè loqui, facere *&c.*

Häßlich/ *vide* **Vnflätig**.

Haub/ vitta. reticulum, capillare, *Martiali*, **gestrickt**. vittatus, **ders auff hat** Redimiculum, tænia, **haubenzipffel/oder bendel**. Ligare caput vitta, stringere comas vitta, **hauben auffsetzen**. Crinalem vittam soluere, **abziehen**.

Hauchen/ flare. spirare. halare, **an Hauchen**/ afflare. adspirare. adhalare, *Plinio*. afflatus, **das anhauchen**. **ein Hauchen**/ inhalare, *Cicer.*

die Hauchend herein gehn/ incubones, ἐπικεκυφότες, *onomast.* incuruus. cernuus.

Hauen/ *vide infra* **Hawen**.

Hauff/ aceruus. cumulus. congeries. copia. multitudo, magna vis auri. strues lignorum, **h. holtz**. **Hauffen volcks**/ cœtus. caterua. turba. contio, frequentia, multitudo hominum, **männig**. greges amicorum. armatorum corona, globus. hostiles globi. piscium globi, *Plin*. **Hauffen kriegsleut**/ agmen. copiæ. legio. cohors. *hæc etiam aliò transferuntur*. **Hauff scheitter zum brennen**/ rogus, pyra. Aceruus pecuniæ, **h. gelt**. Examina infantium, puerile agmen, **h. kinder**. Frumenti magnus numerus, **h. korn**. Armenta boum, **h. ochsen**. Niuei aggeres, *Virgil.* **h. schnee**. Cunei, peditum globi, **h. fueß-knecht**.

knecht. Equitum turmæ, vexillationes, h. der raisigen. Dux, ductor, der vorm h. hergeht. Cum suis turmalibus euasit, *Liuio*, mit seim hauffen. Omnis exercitus, helle hauff. Exignus numerus, exigui numero, klei-ner h. rarescit turba, der h. wird kleiner. Abundare numero, ein h. haben. Agere cateruas, ein h. treiben. Densare cateruas. die h. nach einander stellen. Explicare cohortes, die h. weittern / auß einander thun. Distribuere in numeros milites, *Plinio*, h. ma-chen/ in rotten abtheilen. In plenum dicere, *Plinio*, inn hauffen reden. Silua, hauffen zusammen gelesner ding. Confusa turba, verwirzter hauff.

Hauffenweiß / cateruatim, cumulatè. cumulatim. confertim. certatim. coniunctè. aceruatim ruere portis, h. zum thor hinauß fallen. Affluit multitudo, man laufft h. zu. Conglobatim, *Liuio*.

Hauffen auff Hauffen / auff einander H. aceruare. cumulare. accumulare. congerere. aggerere. coaceruare. aggerare. exaggerare. adaggerare, *Colum*. exstruere. construere. accumulare aceruatim. superingerere. supergesta terra, *Col*. raras superinijce frondes, *Virgil*. Cumulare scelus scelere. scelus sceleri ingerere, *Senecæ*, ein laster auffs ander hauffen. Accumulatio, coaceruatio, auffhauffung.

Haupt/ caput. occiput. occipitium, hinderthail deß Haupts. sinciput, forderthail. capitatus, das ein haupt hat.

Hauptarticel/ cardo. caussæ. cardo litium, eines spans. ad capita rerum peruenire, auff den grund kommen.

Hauptbinde/ diadema, *veterum regum &c*. Diadematus, *Plinio* der ein solche binde trägt. *Item*, capitulare, *vet. lex*.

Haupthandel/ status. caput rei. summa rei. constitutio causæ. status causæ. summa. res. quæstio.

Hauptmann/ dux. imperator exercitus, oberster h. Capitaneus, *in notis Tironis & Senecæ*. vber ein fändl / præfectus cohortis. ordinum ductor. dux militum. factionarius, ὁ ταγματος ἡγέμενος, *vet. lex*. tribuni militares Ordines ducere, h. seyn/ exercitui præesse. Pentacontarchus, h. vber 50. män-ner. Centurio, vber 100. centurionatus, & centuriatus, das Ampt. centurionatum agere, *Tacit*. seyn. Chiliarchus, vber 1000. Magister equitum, hipparchus, vber die Reuter oder Raisigen. Ducatus, *vet. glossar*. Hauptmanschafft. Vragus, h. deß hinderhalts.

Hauptmann der ersten Rott/ primipilus. primi ordinis ductor. primus centurio. primipilum ducere, *Cæsari*. ein solcher seyn.

Hauptsach/*vide supra* Haupthandel.

Hauptring/Hauptrigl/cesticillus, *Festo, quem superponit capiti, aliquid laturus, vt ancillæ hodie.*

Hauptschüssel/*vide* Hirnschal.

Hauptschwäre/grauedo. grauedinosus, ders hat.

Hauptspruch/pronuntiatum. enuntiatio.

Hauptstatt/*vide in* S. *Item*, da man einn köpfft/*vide* Richtstatt.

Hauptüchel/*vide* Schlair/

Hauptwehe/cephalagia. cephalæa. von langer zeit her. Hemicrania, Heterocrania, an einer seitten. Mouere capitis dolores, machen.

bar Haupt/intecto capite, *Tacito*. detecto capite. caput detectus honestum, *Virgil*. vertice nudo. caput nudatum. operto capite, bedeckt.

biß auffs Haupt erlegen/occisione occidere, *Plinio*,

vber Haupt dingen/ad pecuniam numeratam conducere, *ICtis*. si non nummo, sed partibus locē, *Plin*. wañ ichs nit vber haupt dinge/sonder thailweiß.

behaupten/darthun/confirmare. *Item*, seiner sach zum End komen/consequi. peruincere. euincere. potiri. obtinere. caussā tenere, sein handel behaupten vnd gewinnen/potiri victoria.

enthaupten/decollare, *Suetonio*. obtruncare. abscindere caput ceruicibus. pœnas capite expendere, enthaupt werden. præcidi caput iussit. caput amputare, *Tacito*. capita decidere, auferre caput, *Seneca*. collum præcidere.

Hauß/domus ædes, *plur*. domicilium, behausung. tectum, *pars pro toto, vt*, vos in vestra tecta discedite. Primæ ædes, eingang in ein hauß. Ædes liberæ, Zinßfrey. Ædes ruinosæ vitium facientes, bawfällig. Ædes malæ materiatæ, auß bösem holtz gemacht. *materia pro ligno vsurpatur Ciceroni, Liuio, Catoni, Columellæ, &c.* Ædes superficiariæ, auff einn andern boden gebawen/*Caio, quæ in conducto solo positæ, eius sunt, cuius & ipsum solum.* Insula, so allenthalben ledig steht. Penetrale, abdita pars ædium, *Sallustio*, das jnnerst im hauß. Tristega domus, *e breui*, mit drey gaden. Vacua ædes, läer. Ædes patentes, reseratæ, offen. Domus multiplex, mit vilen zimmern. Domus referta omnibus rebus. exornata atque instructa, wol eingericht. Domum instruere, einrichten. Solo æquata domus, auff den boden geschlaifft. Domum restituere, erbesseren. disturbare ac diripere domum, plündern. Ædes inscribere mercede, fail bieten. sedem capere, collocare domicilium Augustæ, sich zu hauß setzen. Cænaculum,

culum, hauß im obersten gaden/ für die schlechten leut / *more veterum*. Aduersa domus pars, *Tacito*, das hauß. hindenaussi. posticum, *ostium in posteriori parte adium*. posticulum, *diminut*. Domo exire, prodire, von hauß außgehn Domo exulat, das hauß ist jhm verbotten. interdicta est ei domus *&c.* interdictum est ei domo, *idem* Ædes pestilentes, schädlich. Salubres. gsund. Exactio ostiorum, *Cicer.* steur auff ein jedes hauß. Domum exstruere, h bawen.

Hauß/geschlecht/ domus. familia.

Haußarm/ *vide in* A. Haußbrot. *vide in* B. Haußcapell/ sacellum. Sacellum domesticum. Lararium, *Lampridio*, *ethnica vox*. H. fraw/ vxor. marita. domina. hera. H gnoß/ familiaris. domesticus. H gsind / familia. domestici cum vniuersa familia, mitm gantzen hauß. H. götter/ penates. lares. dij penetrales. dij patrenses, *vet. glossario*.

Haußhaben/ Hausen/ rei familiari seruire. rem familiarem administrare, gerere consilio & ratione. Bene rem suam gerere. frugem facere, comparcere. parcere. parsimoniam adhibere, wol haußhalten. frugi, parcus, guter haußhalter. vbel Hausen / rem familiarem corrumpere. rem malè gerere. Implicatio rei familiaris, da es nit nach dem bästen steht. er hat vbel geHaußt / malè, pessimè egit, rem malè gessit. rem mandatam malitiosus gessit. Haußhab / res familiaris atque domestica. Constitutus bene de rebus domesticis, der ein ehrlichs haußhaben hat. H. halter/ œconomus. dispensator, *Martiali*. H herr/ herus. herilis, darzu gehörig. herilis filius, deß haußherrn sohn. H. hüetten/ *vide* dahaim Bleiben. leibaigen Haußkind/ verna, vernula, *seruus domi nostra natus ex ancilla nostra aut seruo*. kind im Hauß / nec mihi secus erat, quam si essem familiaris filius, *Plaut*. H. knecht/ mediastinus. scoparius, *Vlpiano*. Ambactus, *vet. glossar. cuius operas quotidianas dominus locat lucelli caussa*, *qui &* locellaris *&* lucellaris *appellatur*, den man außleicht. H krieg/ offensiones domesticæ friuusculum *seu* fribusculum, *ICtis*. H. leut/ inquilini. Haußlich/ frugi homo, diligens & attentus. attentus ad rem, *Terent*. attentus rerum paterfamilias. parcè & frugaliter viuere, haußlich seyn. H. magd/ ancilla, famula. H. muetter/ materfamilias. hera. H mann/inquilinus. H. meister / herus. cænacularius, *Vlpiano*. der aine oder zwo kammer jnnen hat. *vide* H. herr. Haußrat/ supellex. ruta cæsa, farender haußrat. Friuola, *leuis pretij supellex*, vetera &

fra-

fracta supellectibilia. iam friuola transfert Vcalegon, *Iuuenal.* curta supellex, schlechter haußrath supellecticarius, *arbitro.* haußraths Verwalter Instrumentum, allerley haußrath. H. rodel / inuentarium, *Vlpiano.* H. stürmer / effractor. vecticularius, *Festo* H. trämpel / *vide suprà*, H. knecht. H vatter / paterfamilias, & paterfamiliæ. H. verwalter / *vide* H. halter / *suprà* Oeconomia, haußverwaltung.

Haußsässig seyn / domicilium habere in ciuitate, *ICtis.* sedem stabilem, & domicilium certum habere, *Cicer.* sessores veteres vrbe eiecit. *Nepoti.*

außm Hauß gehn / domo abire, exire limen, *Terent.* exire limine. domo exire. exire foras. foras ex ædibus exire. domo se non commouere, nicht außm hauß gehn. Hinc à me quisnam egreditur, wer geht auß meim hauß? quisnam à nobis egreditur foras? wer geht auß vnserm hauß?

im Hauß bleiben / *vide in* B.

von Hauß auß / domo de domo numerare pecuniam, auß seim seckel / *Paulo.* domo consilium petere. von Hauß zu hauß / ostiatim. domesticatim, *Sueton.*

von Hauß vnd hoff kommen / labi facultatibus. re familiari comminuti sumus, exui facultatibus.

zu Hauß / domi. in domo. deducere domum. führen / abducere. proficisci ad domum, *Cicer.* zu Hauß gehen / *vide* Haimgehn.

es ist ver Haußt / actum est de eo.

vber ein Hauß außblasen / negligimus ista, & nimis antiqua & stulta ducimus. despicere, *Vide* Verachten.

Hausen / *piscis.* exos, huso mario, *cui glutinosum est corium.* von seiner blasen wirdt gemacht der Fischleim / ichthyocolla, *a.*

Haut / cutis, *in viuis* pellis, exuuiæ, corium, tergus, *oris.* abgezogen. pellis rudis, vngearbeit / Adsiccata cutis, *Columel.* außgedörrt. Häutle / cuticula. pellicula. membrana. tunica acini, folliculus, der trauben / *&c.*

Haut abziehen / *vide* Schinden. *item, metaphoricè*, vanitatem exuit ille mentibus, *Sen.* prauos mores alicui detrahere. de animi prauitate deducere. Detrahere pellem, *Horatio.*

Haut auffreissen / exulcerare.

Haut schrumpfft ein / adducit macies cutem. cutis est adstrictior. Resoluitur, labat, relaxatur & procedit cutis, geht auß einander.

biß auff die Haut gschoren / ad cutem tonsus.

auff d'Haut legen / ad mortem dare, *Plauto.* cæde ingenti sternuntur, *Liuio.* sternere ferro. ferro prosternere.

ein Haut geben / Haut abschmieren / corium concidere, *Plauto.* corium virgis conscribere.

ein harte Haut machen / luto se tergorare, *Plinio, in luto volutatum exsiccari, vt asperetur, indurescatq́ cutis.*

mit der Haut bezahlen / sanguine suo luere, capite luere. pœnas morte dependere. luere pœnas. pendere pœnam exilio. persoluere pœnam capite suo. Dabitur pol supplicium mihi de tergo vestro, jhr müßt mirs gewißlich mit der haut bezahlen. Cuius ego hodie in tergo faxo ista expetant mendacia. *Plaut.* dise lugen soll er mir mit / *&c.*

mit Haut vnd haar / iam obsecro vobis hercle habere cum porcis cum fiscina, *alius legit, fortassis aptius* cum porris *aut* sportis.

Haut vnd bain / ossa atque pellis totus est, ita macer, *Plauto.*

jhm d' Haut voll dantzen / *&c.* indulgere coreis, ad satietatem trucidare, *Liuio*

er ist ein gute Haut / homo facilis. lenis. tractabilis.

in der Haut nichts wert / cute perditus: *tametsi Persius alio sensus, tamen huc referre queas.*

Haw / ligo. ama, *Vlpiano.* Ligonis dens, *Columel. cum ligo est acutus, aliqui latus vel quadratus.* sar Hawen / sarculum, *Plinio.* arare sarculis, mit der hawe hawen. capreolus, *Columel. ferramentum bicorne, quo commouetur terra, à sariendo, id est, fodiendo.* Runcina, *Plinio, ligo excidendis dumetis.* Marra, *Colum, ferreum instrumentum excidendis herbis inutilibus comparatum,* riedhawen. Pastinum, *Colum. vineaticum instrumētum bifurcum, quo in scrobes demittuntur semina,* hawen. pastinare vineam, repastinare, wider vmbhawen. pastinatio, das. pastinator, der.

ein Haw / schnitt / sectura, sectio. incisura. incisus, *us.* scissura.

Hawen / cædere. secare. securim infligere, inijcere. percutere, ferire, cædere securi, mit dem beil hawen. Cæduus, das zuhawen ist. cædua silua, Wald darinn man holtzet. Incæduus, lucus incæduus, *Ouid.* Dannwald / da man nit hawet. Concidere vsque ad sanum corpus, *Celso,* hawen biß auffs lebendig. Cæsim ac punctim, *Liuio,* mit hawen vnd stechen. Trabes intempestiuas excisas credo, ich halt die balcken seynd nicht zu rechter Zeit gefellet / *Plauto,*

abHawen / secare. resecare. desecare. præcidere, oben. succidere, vnden abhawen. resectio, obtruncatio vitis, *Colum.*

auffHawen / aperire caput, *Iuuenali, pro vulnerare.* vulne-

rare ferreo. aperire ferro, vulnere scinditur pinus, *Statio.*

außHawen / excidere. exsecare. resecare. exscindere. exputare, *Columel. Item,* verschneiden/ *vide* S. *Item,* ein Bild außh. sculpere. exsculpere. scalpturatum pauimentum, *Plinio,* Eſtrich mit außgehawen Steinen besetzt. scalpere gemmam, *non sculpere, dici vult Diomedes.* scalptus è saxo, in ein Stein gehawen.

mit Ruethen außHawen/ *vide in* R.

beHawen/die bäum beschnaitten/ putare. interputare. interlucare. collucare. ramos inutiles amputare, Asciare. exasciare, mit eim beil behawen.

durchHawen/ transcindere, *Plaut.* concidere vsque ad sanum corpus, *Celso.*

einHawen/ incidere marmori, in ære, in æs. carmen incisum in sepulcro. incisa tabula litteris. incudere. lapis incusus, *Virgil.*

herumbHawen/ circumdolare platani latera.

niderhawen / concidere. exercitum cædere.

sich hinaußHawen/ euadere & emergere ex periculo. eniti.

sich verhawen / circumcludi: intercludi. circumretitus est. ne quid titubet, *Terent.* daß er sich im reden nit verHaw.

vmbHawen einn baum / *&c. vide* abHawen *Item,* pastinare, sarrire, *purgare à noxijs herbis.* Vi & armis contra vim decertare.

vmbsich Hawen/ vim vi illatam defendere. iniuriã, pericula defendere. acriter se defendere.

mit eim eins herumb Hawen/ depugnare cum quo. depugnant inter se ferro, *Hirtio.* decernere ferro. ferro decertare cum quo.

von einander Hawen / dissecare. discindere. findere. diffindere, zerspalten.

weg Hawen/ resecare, præsecare. *Item,* agmina disijcere, dissipare, ein hauffen zertrennen vnd wegh.

widerumb auffHawen / rescindere.

zerHawen/ conscindere. concidere. laniare, prætruncare. consecare minutatim, *Varroni:* zu stucken zerh. Sectio, laniatus, *us,* das zerh. sectilis, sectiuus, das sich zerhawen lasst.

zuHawen/ feri, percute, pete, haw zu. Collatis signis dimicare. dimicare inter se, zusammen hawen. Atrox fuit huic cum illo dimicatio. multa verba inter se iactant. Ingeminant ictus, sie hawen dapffer zusamen. confligere inter se, *vel* cum aliquo.

Hätz/ pica. Hätzel/ *idem quod* Baumhetzel.

Heb dich / troll dich / apage, apage te à me. apage sis. te hinc eripe. i tu hinc quo dignus es. in crucem, ann Galgen. nugas

aufer, heb dich mit deinem geschwätz/ hinc vos amolimini.

Hebam/ obstetrix. obstetricari, seyn.

Hebeisen/ oder Hebel damit man etwas lupfft/ vectis. vectis rostratus, *cum ferreo rostro.*

Hebel *vide* Saurtaig.

Heben/ halten/ tenere. retine me obsecro, mein heb mich.

das Roß Hebt schön/ equus gressus glomerat superbos, *Virgil.* Quibus equis non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio, *Plin.* l. 8. c. 42.

Hebig/ tenax. pertinax

er laßt sich wol Heben/ mediocriter doctus, litteratus, *&c.* mediocritas ingenij. medium doctrinæ tenet. Haud excellit. Nullam palmam alijs præripiet.

der sich nit Heben lasst/ indomitus. indominabilis, *Plauto.*

abHeben/ tollere. heb die karte ab/ tolle suprema chartarum. tolle partem, aufer, deme.

anHeben/ *vide* Anfangen. Quid moliris? quid agis? quid machinaris? was hebst an? quo iter inceptas? *Plauto.* Quid inceptat?

man kan mit jhm nichts anHeben/ est difficilis morosus. durum agrestémque se præbet. est animo intractabili. es ist mit jhm nichts anzuHeben/ mittendus. minimè tentandus. nihil ab eo impetraueris. haud tutum est in eo quidpiam experiri. *Item* man muß besser anHeben/ vrgendum est negotium. instandum est. instant & vrgent summo cum studio, sie heben gar ernstlich an. nescit quid faciat auro, waiß nit was er mitm gelt soll anheben.

sich auffHeben leuare corpus. erigere se. Se tollere ac leuare.

auffHeben/ auffrichten/ leuare. alleuare. tollere, attollere. extollere iacentem. *Item*, wegkthun/ abrogare, legem antiquare, dissoluere, frangere. rescindere & irritum facere. inique constituta & acta tollere. morem soluere. das auffHeben/ sublatio iudicij, *Fabio.* abolitio legis, *Sueton.* abrogatio. antiquatio, *Gellio*, rescissio. *Vlpiano. Item*, auffHeben vom boden/ *&c.* tollere de terra lapides. attollere se à terra. tollere patinam, auferre mensam, tisch auffheben. *Vide quoq;* fürWerffen/ *&c.* auffRupffen.

mit eim auffHeben/ congredi, componi cum aliquo, committi. Ventilatores, pilarij, die auffheber.

